FABI PLANCIADIS

FVLGENTII V. C. LIBER DE EXPOSITIONE VIRGILIANÆ CONTINENTIÆ.



IVNII PHILARGYRI veteris grammatici in Bucolica & Georgica VIRGILII Commentariolus.


FVLVI VRSINI notæ ad SERVIVM in Bucolica, Georgica & Æneida Virgilij.

VELIVS LONGVS de Orthographia.

MAGNI AVRELI CASSIODORI de Orthographia liber e variis auctorib. concinnatus.

Ex his FVLGENTIVS nunc primum editus est. Alii vero emendatiores quam ante: partim etiam notis aucti.






IN OFFICINA SANCTANDREANA,
CIↃ IↃ LXXXIX.

CLARISS. VIRO

D. IOANNI POSTHIO

ARCHIATRO PALATINO

H. COMMELINVS.





IAM fere biennium est V.C. quum tibi & Pithopœo nostro, aliisque amicis meis poeseωs studiosissimis fore promisi, vt Fulgentij libellum De expositione Virgilianæ continentiæ typis mādarem. Absoluto igitur Virgilio, nihil prius habui quam vt Fulgentium aggrederer. verebar enim si promissa iam non apparerent, ne de fide mea nōnulli, quibus hæc mora nimis longa videbatur, in dubium venirent. Et ne vel rigidissimi exactores in posterum habeant quod mussent: En vsuræ loco affero (quæ sortem ipsam longe superare illi ipsi minime negabunt) Iunij Philargyrij Commentariolum in Bucolica & Georgica Virgilij: Fuluij Vrsini Notas ad Commentarios Seruij in totum Virgilium. Velium item Longum de Orthographia cum Cassiodoro superioribus non abs re coniungendos iudicaui. habet enim Velius plurima, vt recte monuit Vrsinus, quæ non parū ad veterum Scriptorum, & totius Romanæ antiquitatis intelligentiā conferre possunt. In Fulgentio edendo duobus exēplaribus vsus sum, quo-

rum alterū Petrus Veckmanus, alterū F. Modius ex bibliotheca Fuldēsi descriptū mihi cōmunicauit: sed quàm vtrūque corruptū, optimus mihi testis ipse es. Græca in Fuldensi omnino desiderabantur: in altero aderant, sed Latinis litteris ita deprauate scripta vt, sine interpretatione Latina, in illis vel OEdipus ipse hærere potuerit In Velio Longo expurgandō quantū auxilij nobis attulerit D. Fr. Iunius, vir in hoc studiorū genere, vt & in grauioribus, egregie versatus, notæ indicabunt. Similem operam temporis angustiæ Philargyrio denegarunt. viā interea studiosis faciliorē reddidimus, ordinē illi suum (qui in Romano codice turbatus erat) restituendo, ac versuū Virgilianorum numerum indicando. Vale Poeta eximie, & hunc nostrum laborem Principi Poetæ impensum, tibique dicatum æqui boni consule.

Fabij

FABII PLANCIADIS FVLGENTII De ALLEGORIA LIBRORVM VIRGILII,

AD CALCIDIVM GRAMMATICVM.

EXPETEBAT quidem, Leuitarum ſanctiſſime, noſtri temporis qualitas grãde ſilentiũ, vt non ſolum mens expromtare deſiſſet quod didicit, quantum etiam obliuionem ſui efficere debuit quia viuit. Sed quia noua caritas dominatu fulcitur, & in amoris præcepto contemtus numquam admittitur; ob hãc rem Virgilianæ cõtinétiæ ſecreta phyſica tetigi, vitás illa quę plus periculi poſſent prærogare, quam laudis. Vę inquam nobis, apud quos & noſſe aliquid periculum eſt, & habere. Ob quam rem & bucolicam georgicamque omiſimus, in quibus tam myſticæ ſunt interſtinctæ rationes, quo nullius pene artis in iiſdem libris interna Virgilij præterit viſcera. Denique in prima Ecloga, ſecunda & tertia, phyſice triũ vitarum reddidit continentiam. In quarta vaticinij artem aſſumſit. In quinta Pontificalia deſignauit. In ſexta artem muſicam cum ſuis perfectiſſimis poſuit numeris. In parte vero eiusdem eclogæ phyſiologiam ſecũdum Stoicos expoſuit. Septima notakinen-δύναμιν tetigit. Octaua apotelesmaticen Muſicorum & magicam deſignauit: in parte vero ex-

trema tetigit e ſ e n u e ſi o n quam etiã in nona ecloga perſecutus eſt. In octaua quidẽ, vbi dicit,

Adſpice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe, bo ıum ſi .
Neſcio quid certe eſt, & Hylax in limine latrat.

In nona vero ecloga vbi dicit,

De cælo tactas memini prædicere quercus.

iterumque -- *lupi Mœrim videre priores.*

PRIMVS vero Georgicorum eſt omnis aſtrologus, & in parte extrema ephemericus. Secundus phyſiognomicus & medicinalis. Tertius omnem aruſpicinam continet: quam quidem & in ſexto Æn. tetigit, dum dicit,

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Quartus vero ad pleniſſimam rationem eſt Muſicus, cum ſua apotelesmatice in fine carminis dicta. Ergo, doctrinam mediocritatem temporis excedentem omiſimus, ne dum quis laudem quærit nominis, fragmen reperiat capitis. Eſto igitur contentus, mi Domine, leuiori faſciculo, quem tibi Heſperidum florulentis decerpſimus hortulis. Aurea enim mala ſi expetis, eſto Euriſtheus alio fortiori, qui, vt Alcides, ſuam pro nihilo reputet vitam. Poteris enim ex his tacite multa colligere quæ ad inſtrumentum tui proficiant deſiderij. Ego vero Chryſippi ellebori rancidulo acrore poſtpoſito, cum Muſis aliquid blãdius fabulabor:

Vos Heliconiades, neque enim mihi ſola vocanda eſt
Calliope, conferte gradum, date præmia menti.
Maius opus moueo: nec enim mihi ſufficit vna:

Currite Pierides, & iuncto robore nobis
Parnaſias niueo compellite pectine chordas.

Hæc tam parua precatio,credo quod Virgilianis ſatisfecerit Muſis.Cede mihi nunc perſonã Mãtuani vatis,quo fugitiuos eius in lucem deducamus amfractus. Nam ecce ad me etiam ipſe Aſcræi fontis bractamento ſaturior aduenit, quales vatum imagines eſſe ſolent dum aſſumtis ad opus conficiendum tabulis ſtupida fronte arcanum quoddam latranti intrinſecus tractu ſubmurmurant. Cui ego, Seponas quæſo caperatos optutus Auſonidum vatum clariſſime, rãcidamque altioris ſalſuram ingenij iocundioris quolibet mellis ſapore dulceſcas. nam nõ illa in tuis operibus quærimus,in quibus aut Pythagoras modulos,aut Heraclitus ignes , aut Plato ideas, aut Hermes aſtra, aut Chryſippus numeros,aut endelechias Ariſtoteles inuerſat:nec illa quæ aut Dardanus in Dinameris,aut Battiades in Paredris ,aut Campeſter in Catabolicis infernalibusque cecinerunt:ſed tantum illa quærimus leuia,quæ mẽſualibus ſtipendiis Grammatici diſtrahunt puerilibus auſcultatibus.Tum ille,contracto rugis multiplicibus ſupercilio,Putabam te,inquit, homuncule creperum aliquid deſipere,in cuius cordis vecturam meas oneroſiores expoſuiſſem ſarcinulas. At tu telluris glabro ſolidior,adipatum ructuas quippiam. Cui ego,Serua iſtęc,quęſo,tuis Romanis,quibus hęc noſſe laudabile competit , & impune ſuccedit. Nobis vero erit maximum , ſi vel extremas tuas contigerit perſtringere fimbrias. Ad hæc ille,

quatinus,inquit,tibi diſcēdis non adipata craſſedo ingenij, quam temporis formido periculo reluctat,de noſtro torrentis ingenij impetu breuiorem vrnulam prælibabo, quæ tibi crapulæ plenitudō nauſeam mouere nō poſſit. Ergo vacuas fac ſedes tuarum aurium, quo mea commigrare poſſint eloquia. Itaque compoſitus in dicendi modum erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verbis exorſus eſt:IN omnibus noſtris opuſculis phyſici ordinis argumenta induximus, quo per duodena librorum volumina pleniorem humanæ vitæ monſtraſſem ſtatum.Denique tale dicendi exordium ſumſimus:

Arma virumque cano. in armis virtutem,in viro ſapientiam demonſtrantes. omnis enim perfectio in virtute conſtat corporis & ſapientia ingenij.Ad hæc ego:Si me tuæ orationis aſſerta nō fallunt,vates clariſſime, ideo etiam diuina lex noſtrum mundi redemtorem Chriſtum virtutem Dei & ſapientiam cecinit: quod perfectum hominis diuinitas aſſumſiſſe videretur ſtatum. Ad hæc ille: Videris ipſe quid te vera maieſtas docuerit:nobis interim quid viſum ſit edicamus. Et quamuis oportuerit ſecundum Dialecticam diſciplinam primum perſonam edicere: ſicque perſonæ congruentiam enarrare; quo prima poneretur ſubſtantia; deinde accidens ſubſtantiæ, vt primum *virum*,ſic etiam *arma* dicerem.Virtus enim in ſubiecto eſt corpore. Sed quia laudis eſt aſſumta materiá, ante meritum viri quam ipſum virum ediximus: quo ſic ad perſonam ve-

niretur iam recognita meriti qualitate. ſolet quippe etiam in epiſtolis hoc ipſum communis obſeruare loquacitas, quo primum domino meritum, ſic ponatur nominis vocitatio. Sed quo cognoſcas plenius laudis me aſſumſiſſe materiã, vide quid in ſequentibus dictum ſit: quod fato profugus, & vituperum. Qua vi intenderemus fuiſſe fortunæ culpam, non virtutis debilitatem vt fugeret: & deos eſſe culpabiles qui pericula ſuſtentare deberent. Illam nihilominus Platonis antiquam firmantes ſententiam, vbi ait:

Νοῦς ἀνθρώπινος θεός. οὗτος ἐὰν ἀγαθὸς, θεὸς euuermenos. id eſt, ſenſus hominis deus eſt. is ſi bonus eſt, Deus eſt propitius. Nam & Carneades in libro Teleſiaco ita ait:

πᾶσα τύχη αἴσθησιν φρονοῦντος κατοικεῖ.

Id eſt: omnis fortuna in ſenſu habitat ſapientis. Nam identidem ideo virtutem primum dici volumus, & ſic ſapientiam: quod quamuis ſapientia virtutem regat; tamen in virtute animæ ſapientia floret. Defectus enim virtutis, ægritudo eſt ſapiẽtiæ; hoc videlicet pacto, quod quicquid ſapientiæ conſultatio agendum inuenerit, ſi ad ſubrogandum poſſe virtus deficiat, curtata in ſuis affectibus ſapientiæ plenitudo torpeſcit. An nõ ab armis inciperem? Sciui enim quod viri vocabulum ſignificatio ſexus ſit, nõ honoris. Quid igitur primum niſi arma, deinde virum ponerẽ? Multi enim viri ſunt, non tamen omnes laudandi. Ergo virtutem primum poſui: pro qua virum laudandum aſſumſi: Homerum videlicet ſecutus, qui ait,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

ante iracundiam viri quam virum ipſum ſignâs. Nam & ipſe ſub figura Mineruæ virtutem mõſtrans dicit,

--ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα,

verticem Achilli detentum. Cui ego: Nec in hoc iuſta te fefellit oratio. Diuina enim ſapientia ſupereminentior ſenſibus, tale ſumſit exordium, *Beatus*, inquit, *qui non abiit in conſilio impiorũ.* denique, vt bonæ vitæ perfectiſſimus inſtitutor Propheta prouocans ad bene viuendi certamen, prius præmium vaſtitudinis quam ſudorem certaminis poſuit. Tum ille, Gaudeo, inquit, homũcule, his ſubrogatis ſententiis; quia etſi nõ nobis de conſultatione bonæ vitæ veritas obtigit, tamen cæca quadam felicitate etiam ſtultis mentibus ſuas ſcintillas ſparſit. Ergo, vt dicere cœperamus, vir ſubſtantia eſt; ſapientia vero quæ ſubſtantiam regit. ſicut & Salluſtius ait: *Nam noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt.* Nam vt tuis ſaturantius aliquid adhuc faciamus ſatis ingeniis, trifarius in vita humana gradus eſt. Primum habere: deinde regere quod habeas: tertium vero ornare quod regis. Ergo tres gradus iſtos in vno verſu conſidera poſitos: id eſt, *Arma, virum, primus.* Arma, id eſt virtus, pertinet ad ſubſtantiam corporalem. Virum, id eſt ſapientia, pertinet ad ſubſtantiam ſenſualem. Primus vero, id eſt princeps, pertinet ad ſubſtantiam ornantem. quo fit huiusmodi ordo: habere, regere, ornare. Ergo ſub figuralitate hiſtoriæ plenum hominis

mon-

monſtrauimus ſtatum.vt ſit prima,natura:ſecunda,doctrina:tertia,felicitas. hos ergo gradus viuaciter intuere:quo ſit, vt ſupra diximus, prima virtus animi naturaliter data,quæ proficiat:neque enim eruditur niſi quod erudibile naſcitur. Secunda doctrina,quæ naturam ornat cum proficit:vt eſt aurum. Eſt enim natura in auro productionis & decoris : ſed ad perfectionem malleo proficit excudentis.Ita & ingenio natum eſt prouectibile: proficit,quia natum fuit : accedit felicitas,vt proſit quod proficit. Ergo & infantibus quibus hæc natura materia traditur, iſti ſunt ordines conſequendi.quia omne honeſtum docibile naſcitur.Eruditur, ne naturæ vacet commoditas:etiam ornatur, ne donum doctrinæ ſit inane.Vnde & Plato trifarium vitę humanæ ordinem inſtruens,ait: *Omne bonum aut naſcitur, aut eruditur,aut cogitur. Naſcitur ex natura. eruditur ex doctrina.cogitur ex ſubtilitate.* Omiſſo ergo antelogij circuitu cœpti operis, aggrediamur exordiũ.Sed vt ſciam me non Arcadicis expromtare fabulam auribus,primi noſtri continentiam libri narra. Tunc demum hæc tibi,ſi viſum fuerit, reſerabimus.Cui ego : Si me ſcholarum præteritarum non fallit memoria: primum Iuno Æolum petit,quo naufragium Troianis importet. dehinc cum ſeptem nauibus euadit. In Libyco litore accipitur. Matrem videt nec agnoſcit.a qua nube caua cum Achate contegitur. dehinc picturis animum aduocat. Poſt hæc cæna exceptus,ſono citharę mulcetur.Habes breuiter decurſam primi libri continentiam. Quid de his

ſenſeris, audire deſidero. Tum ille: naufragium poſuimus in modum periculoſæ natiuitatis: in qua & maternum eſt pariendi diſpendium, vel infantum naſcendi periculum. in qua neceſſitate vniuerſaliter humanum voluitur genus. Nam vt euidẽtius hæc intelligas, a Iunone, quæ dea partus eſt, hoc naufragium generatur. Nam & Æolũ immittit. Æolus enim Grece, quaſi Æonolus, id eſt, ſæculi interitus dicitur. vnde & Homer. ait,

Οὐλομένην ἣ μύρι' Ἀχαίοις ἄλγε' ἔδωκεν.

Nam vide quid etiam ipſi Æolo promittatur, Deiopeiæ coniugiũ. demos enim Grece publicũ dicitur; i o p a vero oculi vel viſio. ergo naſcẽtibus in mundo ſæculare eſt periculum. cui quidem perfectioni publica a dea partus promittitur viſio. Nam & cum ſeptem nauibus euadit. quo oſtendatur ſecũdum arithmeticam numerum ſeptenum armonicum eſſe partui. cuius formulam ſi videtur, breuiter explanato. Cui ego: Saturanter hæc, inquam, in libro Phyſiologo quẽ nuper edidimus de medicinalibus cauſis & de ſeptenario ac de nouenario numero, omnẽ Arithmeticæ artis digeſſimus rationẽ. eritque periſſologiæ nota, ſi quæ in vno libro deſcripſimus, etiam aliis inſeramus. Ergo qui iſta diſcere cupit, noſtrum phyſiologicum perlegat librum. nunc vero quæ reſtãt a te exſpecto. Tum ille, Vt dicere cœperam, mox vt terram tangit, matrem videt, nec agnoſcit: plenam deſignãs infantiam: quia partu recentibus matrem videre datur, nõ tamen ſtatim cognoſcere meritum cum tribuitur. dehinc nube circumſeptus ſocios cognoſcit.

al-

alloqui non poteſt. vide quam euidens crepundiorum mos, dum adeſt inſpiciendi poteſtas, & deeſt loquendi facultas. huic quoque Achaten ab initio coniungimus, & poſt naufragium, armigerū, & in nube æquè cōclusū. Achates enim Græce quaſi achontos. i. triſtitiæ cōſuetudo. Ab infantia enim ærumnis cōiuncta eſt humana natura, ſicut Euripides in Tragœdia Ephigeniæ ait:

Ουκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
Ουδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος,
Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις·

id eſt: non aliquid peſſimum nec accidentia extrema quod non pertulit humana natura. Arma vero triſtitiæ nō ſunt niſi lacrymę: quibus ſeipſa & vindicat & commendat infantia. Denique vix nobis quinō menſe ridere permittitur, dum lacrymæ in ipſa vitæ ianua profluant. At vero animum pictura inani quod paſcit, certum puerile ſtudiū refert. infantia enim videre nouit: ſentire vero quid videat neſcit. ſicut in picturis eſt viſibilitas, deeſt ſenſibilitas. Dehinc ad epulas accipitur, & citharæ ſono mulcetur. paruulorum quippe mos nihil aliud quærere quam delectari ſono & ſaturari cibo. Denique nomen citharizātis conſidera. Zopas enim Græce quaſi Siopas dictus eſt, id eſt taciturnitas puerilis. Infantia enim blandiloquis ſemper nutricum cantibus oblectatur. vnde & crinitum eum poſuimus, vertici muliebri ſimillimum. tunc etiam Cupidinē videt. cupere enim ac deſiderare aliquid ſemper accidit infantiæ. Nā denique ideo & talem ver-

sum in secundo libro post citharæ sonum posuimus: *temperet a lacrymis.*

In secundo vero libro & tertio aduocatur fabulis, quibus puerilis consueta est aduocari garrulitas. Nam in fine tertij libri Cyclopas vidit Achemenide monstrante. ἄχος enim Græce tristitia dicitur, cyclos autem Gręce circulus vocatur. Ergo pueritia, quoniam παῖς puer Græce dicitur, iam timore nutritorum feriata, tristitiã cogitandi nescit & vaginem puerilem exercet. Ob hanc rem etiam Cyclops vnum oculum in fronte habere dicitur. quia nec plenum nec rationalem visum puerilis vagina portat, & omnis ætas puerilis in superbiam erigitur vt Cyclops. Ideo in capite oculum, quod nihil nisi superbum & videat & sentiat. quem sapientissimus Vlixes extinguit, id est, igne ingenii vana gloria cæcatur. Ideo eum & Polyphemum diximus, quasi ἀπολλυώτα φήμην, quod nos Latine perdentem famam dicimus. Ergo iuuentutis elationẽ & ętatis famæ perditionẽ cæcitas sequitur. Nãvt ordo se euidenti manifestatione dilucidet, tũc patrem sepelit. Accrescens enim iuuenilis ætas paterni vigoris respuit pondera. Denique Drepanos portu sepelit. Drepanos enim quasi δριμύπαιδος. δριμὺς.n. Græce acer dicitur, παῖς vero puer vocatur, quod puerilis acerbitas paternam respuat disciplinam. Feriatus ergo animus a paterno iudicio in quarto libro & venatum progreditur, & amore torretur: & tempestate ac nubilo velut in mentis conturbatione coactus

adu-

adulterium perficit. In quo diu commoratus, Mercurio inſtigante libinis ſuæ malæ præſumtum amorem relinquit. Mercurius enim Deus ponitur ingenij. Ergo ingenio inſtigãte ætas deſerit amoris confinia: qui quidẽ amor cõtemtus emoritur, & in cineres exuſtus emigrat. Dum enim dedecus puerile auctoritate ingenii excellitur, ſepulta in obliuionis cinere fauilleſcit. In quinto vero, paternę memoriæ cõtemplatione attractus ludis iuuenalib. exercetur. & quidnam aliud eſt, niſi vt iam prudentior ætas paternæ memoriæ exẽpla ſecuta, liberalibus corpus exerceat cauſis? Nam vide quia & pugillatio nem exercet, id eſt virtutiş artẽ. Entellus & Dares peragunt. ἐντέλλειν enim Græce imperare dicimus: δέρειν cædere. quod & magiſtri in diſciplina faciunt. Tunc etiam & naues ardeſcunt, id eſt inſtrumenta periculoſa, quibus ætas tempeſtiuis iactationum curſibus fatigatur & velut procellis periculorum quotidie quatitur. Igne ingenij ſuperexcellente, hæc omnia conſumuntur, & ſcientiæ aſtutia coaleſcente, in fauillam obliuionis ſopita cõmigrant. At vero in ſexto ad templum Apollinis adueniens, ad inferos deſcendit. Apollinem deum ſtudii dicimus: ideo & Muſis additum. Ergo poſtpoſito lubricæ ætatis naufragio, & Palinuro amiſſo (Palinurus enim quaſi planonorus, id eſt errabunda viſio, vnde & in quarto libro de aſpectu libidinis ita poſuimus--*totumque pererrat luminibus tacitis.* nam & in bucolico: *errabunda bouis veſtigia*) Ergo omiſſis his rebus ad templum Apollinis, id eſt ad do-

ctrinam ſtudij, peruenitur: ibique de futurę vitæ conſultatur ordinibus, & ad inferos deſcenſus inquiritur; id eſt dum quis futura cõſiderat, tũc ſapientiæ obſcuræ ſecretaque myſteria penetrat. ſed ſepeliat ante Miſenum neceſſe eſt. Miſio enim Græce obruo dicitur; αἶνος vero laus vocatur. Ergo niſi vanæ laudis pompam obrueris, numquam ſecreta ſapientię penetrabis. vanæ enim laudis appetitus, numquam veritatem inquirit: ſed falſa in ſe adulanter ingeſta, velut propria reputat. Denique etiam cum Tritone bucina atque concha certatur. vides enim quam fixa proprietas. vanæ enim laudis tumor ventoſa voce turgeſcit: quem quidem Triton interimit: quod quaſi πετειμμένον, id eſt cõtritum, dicimus. Omnis ergo contritio omnem vanam laudem extinguit. Ideo Tritonia dea eſt ſapientiæ dicta. Omnis enim contritio ſapientem facit. Cui ego: Certior hanc tuam comprobo doctor ſententiam. Nam & noſtra ſalutaris diuinaque præceptio, Cor contritum & humiliatum, deum non deſpicere prædicat. quæ vere certa manifeſtaque eſt ſapientia. Ad hæc ille: Vt certius tibi planiusque liqueſcat quod dictum eſt, Corineũ poſuimus eius corpus igne cremaſſe. χάριν enim Græce gratiam dicimus, αἰὼν vero ſæculũ nũcupatum. gratia ergo ſæcularis vanæ gloriæ ſepeliat cineres neceſſe eſt. Sed tamẽ nõ ante diſcitur cognitio ſecretorũ, niſi quis ramum decerpſerit aureum, ideſt litterarum & doctrinæ diſcat ſtudium. aureum enim ramum pro ſcientia po-

ſuimus

ſuimus, memores quia & mater mea ramum ſe ſomniauit genuiſſe: & Apollo cum ramo depingitur. Nam ideo & Ramus dictus eſt ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας, id eſt a ſcriptura, ſicut Dionyſius in Grçcis articulationibus memorat. At vero aureum quod diximus, claritatem facundiæ deſignare voluimus; memores Platonis ſententiæ, cuius hereditatem Diogenes Cynicus inuadens, nihil ibi plus aurea lingua inuenit; vt Tiberianus in libro de Socrate memorat. Nam & nos in Bucolicis ideo decem mala aurea poſuimus, ſcilicet decem eclogarum politam facundiam. Nam & Hercules aurea mala de horto Heſperidum tollit. Quattuor enim Heſperides [dictæ ſunt, Egle, Heſperie, Meduſa. Arethuſa] quas nos Latine ſtudiũ, intellectus, memoria, facundia dicimus: Quod primum ſit ſtudere; ſecundum intelligere; tertium memorari quod intelligis; inde ornare dicendo quod terminas. Hinc ergo ornatum aureum ſtudij virtus rapit. Cui ego, verum, inquam, dicis Maro doctiſſime. nuper enim me diuinæ hiſtoriæ memoria tetigit quę ait, ex anathemate ſubreptam eſſe linguam auream, & dextralia pura nihilominus ex gentili facundia fucatum eloquium. Attamen quæ reſtant eloquere. Tunc ille, ergo, vt antea diximus, ramum aureum, id eſt doctrinam adeptus, inferos ingreditur & ſecreta ſcientię ſcrutatur. Sed in veſtibulo inferorũ luctus, morbos, bella, diſcordiã, ſenectutem atque egeſtatem videt. Quãdo ergo omnia in animo aut corde viri conſiderantur, niſi percepto doctrinæ ſtudio, & altioris

rum alterū PetrusVeckmanus alterū F. Modius ex bibliotheca Fuldēſi deſcriptū mihi cōmunicauit: ſed quàm vtrūque corruptū, optimus mihi teſtis ipſe es. Græca in Fuldenſi omnino deſiderabantur: in altero aderant, ſed Latinis litteris ita deprauate ſcripta vt, ſine interpretatione Latina, in illis vel OEdipus ipſe hærere potuerit. In Velio Longo expurgandō quantū auxilij nobis attulerit D.Fr. Iunius, vir in hoc ſtudiorū genere, vt & in grauioribus, egregie verſatus, notæ indicabunt. Similem operam temporis anguſtiæ Philargyrio denegarunt. viā interea ſtudioſis faciliorē reddidimus, ordinē illi ſuum (qui in Romano codice turbatus erat) reſtituendo, ac verſuū Virgilianorum numerum indicando. Vale Poeta eximie, & hunc noſtrum laborem Principi Poetæ impenſum, tibique dicatum æqui boni conſule.

Fabij

FABII PLANCIADIS FVLGENTII De ALLEGORIA LIBRORVM VIRGILII,

AD CALCIDIVM GRAMMATICVM.

Expetebat quidem, Leuitarum ſanctiſſime, noſtri temporis qualitas grāde ſilentiū, vt non ſolum mens expromtare deſiſſet quod didicit, quantum etiam obliuionem ſui efficere debuit quia viuit. Sed quia noua caritas dominatu fulcitur, & in amoris præcepto contemtus numquam admittitur; ob hāc rem Virgilianæ cōtinētiæ ſecreta phyſica tetigi, vitās illa quę plus periculi poſſent prærogare, quam laudis. Vę inquam nobis, apud quos & noſſe aliquid periculum eſt, & habere. Ob quam rem & bucolicam georgicamque omiſimus, in quibus tam myſticæ ſunt interſtinctæ rationes, quo nullius pene artis in iiſdem libris interna Virgilij præterit viſcera. Denique in prima Ecloga, ſecunda & tertia, phyſice triū vitarum reddidit continentiam. In quarta vaticinij artem aſſumſit. In quinta Pontificalia deſignauit. In ſexta artem muſicam cum ſuis perfectiſſimis poſuit numeris. In parte vero eiuſdem eclogæ phyſiologiam ſecūdum Stoicos expoſuit. Septima notakinenδύναμιν tetigit. Octaua apotelesmaticen Muſicorum & magicam deſignauit: in parte vero ex-

trema tetigit e f e n u e s i o n quam etiã in nona ecloga persecutus est. In octaua quidé, vbi dicit,

Adspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.
Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.

In nona vero ecloga vbi dicit,

De cælo tactas memini prædicere quercus.

iterumque -- *lupi Mœrim videre priores.*

PRIMVS vero Georgicorum est omnis astrologus, & in parte extrema ephemericus. Secundus physiognomicus & medicinalis. Tertius omnem aruspicinam continet: quam quidem & in sexto Æn. tetigit, dum dicit,

Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.

Quartus vero ad plenissimam rationem est Musicus, cum sua apotelesmatice in fine carminis dicta. Ergo doctrinam mediocritatem temporis excedentem omisimus, ne dum quis laudem quærit nominis, fragmen reperiat capitis. Esto igitur contentus, mi Domine, leuiori fasciculo, quem tibi Hesperidum florulentis decerpsimus hortulis. Aurea enim mala si expetis, esto Euristheus alio fortiori, qui, vt Alcides, suam pro nihilo reputet vitam. Poteris enim ex his tacite multa colligere quæ ad instrumentum tui proficiant desiderij. Ego vero Chrysippi ellebori rancidulo acrore postposito, cum Musis aliquid blãdius fabulabor:

Vos Heliconiades, neque enim mihi sola vocanda est
Calliope, conferte gradum, date præmia menti.
Maius opus moueo: nec enim mihi sufficit vna:

Currite

Currite Pierides, & iuncto robore nobis
Parnasias niueo compellite pectine chordas.

Hæc tam parua precatio,credo quod Virgilianis satisfecerit Musis.Cede mihi nunc personã Mãtuani vatis,quo fugitiuos eius in lucem deducamus amfractus. Nam ecce ad me etiam ipse Ascræi fontis bractamento saturior aduenit, quales vatum imagines esse solent dum assumtis ad opus conficiendum tabulis stupida fronte arcanum quoddam latranti intrinsecus tractu submurmurant. Cui ego, Seponas quæso caperatos optutus Ausonidum vatum clarissime, rãcidamque altioris salsuram ingenij iocundioris quolibet mellis sapore dulcescas. nam nõ illa in tuis operibus quærimus,in quibus aut Pythagoras modulos,aut Heraclitus ignes , aut Plato ideas , aut Hermes astra, aut Chrysippus numeros,aut endelechias Aristoteles inuersat:nec illa quæ aut Dardanus in Dinameris,aut Battiades in Paredris ,aut Campester in Catabolicis infernalibusque cecinerunt:sed tantum illa quærimus leuia,quæ mẽsualibus stipendiis Grammatici distrahunt puerilibus auscultatibus.Tum ille,contracto rugis multiplicibus supercilio,Putabam te,inquit , homuncule ereperum aliquid desipere,in cuius cordis vecturam meas onerosiores exposuissem sarcinulas. At tu telluris glabro solidior, adipatum ructuas quippiam. Cui ego,Serua istęc,quęso,tuis Romanis,quibus hęc nosse laudabile competit , & impune succedit. Nobis vero erit maximum , si vel extremas tuas contigerit perstringere fimbrias. Ad hæc ille,

quatinus,inquit,tibi diſcẽdis non adipata craſſedo ingenij, quam temporis formido periculo reluctat,de noſtro torrentis ingenij impetu breuiorem vrnulam prælibabo, quæ tibi crapulæ plenitudo nauſeam mouere nõ poſſit. Ergo vacuas fac ſedes tuarum aurium, quo mea commigrare poſſint eloquia. Itaque compoſitus in dicendi modum erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verbis exorſus eſt:In omnibus noſtris opuſculis phyſici ordinis argumenta induximus, quo per duodena librorum volumina pleniorem humanæ vitæ monſtraſſem ſtatum.Denique tale dicendi exordium ſumſimus:

Arma virumque cano. in armis virtutem,in viro ſapientiam demonſtrantes. omnis enim perfectio in virtute conſtat corporis & ſapientia ingenij.Ad hæc ego:Si me tuæ orationis aſſerta nõ fallunt,vates clariſſime, ideo etiam diuina lex noſtrum mundi redemtorem Chriſtum virtutem Dei & ſapientiam cecinit: quod perfectum hominis diuinitas aſſumſiſſe videretur ſtatum. Ad hæc ille : Videris ipſe quid te vera maieſtas docuerit:nobis interim quid viſum ſit edicamus. Et quamuis oportuerit ſecundum Dialecticam diſciplinam primum perſonam edicere : ſicque perſonæ congruentiam enarrare; quo prima poneretur ſubſtantia; deinde accidens ſubſtantiæ, vt primum *virum*,ſic etiam *arma* dicerem. Virtus enim in ſubiecto eſt corpore. Sed quia laudis eſt aſſumta materia, ante meritum viri quam ipſum virum ediximus : quo ſic ad perſonam veniretur

niretur iam recognita meriti qualitate. solet quippe etiam in epistolis hoc ipsum communis obseruare loquacitas, quo primum domino meritum, sic ponatur nominis vocitatio. Sed quo cognoscas plenius laudis me assumsisse materiã, vide quid in sequentibus dictum sit: quod fato profugus, & vi superum. Qua vi intenderemus fuisse fortunæ culpam, non virtutis debilitatem vt fugeret: & deos esse culpabiles qui pericula sustentare deberent. Illam nihilominus Platonis antiquam firmantes sententiam, vbi ait:

Νοῦς ἀνθρώπινος θεός. οὗτος ἐὰν ἀγαθὸς, θεὸς euuermenos. id est, sensus hominis deus est. is si bonus est, Deus est propitius. Nam & Carneades in libro Telesiaco ita ait:

πᾶσα τύχη αἴσθησιν φρονοῦντος κατοικεῖ.

Id est: omnis fortuna in sensu habitat sapientis. Nam identidem ideo virtutem primum dici volumus, & sic sapientiam: quod quamuis sapientia virtutem regat; tamen in virtute animæ sapientia floret. Defectus enim virtutis, ægritudo est sapiẽtiæ; hoc videlicet pacto, quod quicquid sapientiæ consultatio agendum inuenerit, si ad subrogandum posse virtus deficiat, curtata in suis affectibus sapientiæ plenitudo torpescit. An nõ ab armis inciperem? Sciui enim quod viri vocabulum significatio sexus sit, nõ honoris. Quid igitur primum nisi arma, deinde virum ponere? Multi enim viri sunt, non tamen omnes laudandi. Ergo virtutem primum posui: pro qua virum laudandum assumsi: Homerum videlicet secutus, qui ait,

monſtrauimus ſtatum.vt ſit prima,natura:ſecunda,doctrina:tertia,felicitas. hos ergo gradus viuaciter intuere:quo ſit, vt ſupra diximus, prima virtus animi naturaliter data,quæ proficiat:neque enim eruditur niſi quod erudibile naſcitur. Secunda doctrina,quæ naturam ornat cum proficit:vt eſt aurum. Eſt enim natura in auro productionis & decoris : ſed ad perfectionem malleo proficit excudentis.Ita & ingenio natum eſt prouectibile: proficit,quia natum fuit : accedit felicitas,vt proſit quod proficit. Ergo & infantibus quibus hæc natura materia traditur, iſti ſunt ordines conſequendi.quia omne honeſtum docibile naſcitur.Eruditur, ne naturæ vacet commoditas:etiam ornatur, ne donum doctrinæ ſit inane.Vnde & Plato trifarium vitę humanæ ordinem inſtruens,ait:*Omne bonum aut naſcitur , aut eruditur,aut cogitur. Naſcitur ex natura. eruditur ex doctrina.cogitur ex ſubtilitate.*Omiſſo ergo antelogij circuitu cœpti operis , aggrediamur exordiũ.Sed vt ſciam me non Arcadicis expromtare fabulam auribus,primi noſtri continentiam libri narra. Tunc demum hæc tibi,ſi viſum fuerit, reſerabimus.Cui ego : Si me ſcholarum præteritarum non fallit memoria: primum Iuno Æolum petit,quo naufragium Troianis importet. dehinc cum ſeptem nauibus euadit. In Libyco litore accipitur. Matrem videt nec agnoſcit,a qua nube caua cum Achate contegitur, dehinc picturis animum aduocat. Poſt hæc cæna exceptus,ſono citharę mulcetur.Habes breuiter decurſam primi libri continentiam. Quid de his

ſenſeris,audire deſidero. Tum ille:naufragium poſuimus in modum periculoſæ natiuitatis : in qua & maternum eſt pariendi diſpendium, vel infantum naſcendi periculum.in qua neceſſitate vniuerſaliter humanum voluitur genus. Nam vt euidẽtius hæc intelligas,a Iunone, quæ dea partus eſt,hoc naufragium generatur. Nam & Æolũ immittit. Æolus enim Grçce,quaſi Æonolus, id eſt,ſæculi interitus dicitur.vnde & Homer.ait,

Οὐλομένην ἣ μύρι' Ἀχαίοις ἄλγε' ἔδωκεν.

Nam vide quid etiam ipſi Æolo promittatur, Deiopeiæ coniugiũ.demos enim Grçce publicũ dicitur; i o p a vero oculi vel viſio. ergo naſcẽtibus in mundo ſæculare eſt periculum. cui quidem perfectioni publica a dea partus promittitur viſio. Nam & cum ſeptem nauibus euadit.quo oſtendatur ſecũdum arithmeticam numerum ſeptenum armonicum eſſe partui.cuius formulam ſi videtur,breuiter explanato.Cui ego:Saturanter hæc,inquam,in libro Phyſiologo quẽ nuper edidimus de medicinalibus cauſis & de ſeptenario ac de nouenario numero, omnẽ Arithmeticæ artis digeſſimus rationẽ. eritque periſſologiæ nota, ſi quæ in vno libro deſcripſimus,etiam aliis inſeramus. Ergo qui iſta diſcere cupit, noſtrum phyſiologicum perlegat librum. nunc vero quæ reſtãt a te exſpecto.Tum ille, Vt dicerẽ cœperam,mox vt terram tangit, matrem videt,nec agnoſcit:plenam deſignãs infantiam: quia partu recentibus matrem videre datur, nõ tamen ſtatim cognoſcere meritum cum tribuitur.dehinc nube circumſeptus ſocios cognoſcit.

al-

alloqui non poteſt.vide quam euidens crepundiorum mos,dum adeſt inſpiciendi poteſtas, & deeſt loquendi facultas.huic quoque Achaten ab initio coniungimus, & poſt naufragium,armigerũ, & in nube æquè cõcluſũ.Achates enim Græce quaſi achontos.i.triſtitiæ cõſuetudo. Ab infantia enim ærumnis cõiuncta eſt humana natura,ſicut Euripides in Tragœdia Ephigeniæ ait:

Ουκ ἔϛιν ȣδὲν δεινὸν, ὧδ᾽ εἰπεῖν ἔπος,
Ουδὲ πάθος, ȣδὲ συμφορὰ θεήλατος,
Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ᾽ ἄχθος ἀνθρώπȣ φύσις·

id eſt:non aliquid peſſimum nec accidentia extrema quod non pertulit humana natura. Arma vero triſtitiæ nõ ſunt niſi lacrymę: quibus ſeipſa & vindicat & commendat infantia.Denique vix nobis quinõ menſe ridere permittitur, dum lacrymæ in ipſa vitæ ianua profluant.At vero animum pictura inani quod paſcit, certum puerile ſtudiũ refert. infantia enim videre nouit:ſentire vero quid videat neſcit.ſicut in picturis eſt viſibilitas,deeſt ſenſibilitas.Dehinc ad epulas accipitur, & citharæ ſono mulcetur. paruulorum quippe mos nihil aliud quærere quam delectari ſono & ſaturari cibo. Denique nomen citharizãtis conſidera.Zopas enim Græce quaſi Siopas dictus eſt,id eſt taciturnitas puerilis. Infantia enim blandiloquis ſemper nutricum cantibus oblectatur.vnde & crinitum eum poſuimus, vertici muliebri ſimillimum. tunc etiam Cupidinẽ videt.cupere enim ac deſiderare aliquid ſemper accidit infantiæ.Nã denique ideo & talem ver-

sum in secundo libro post citharæ sonum posuimus: *temperet a lacrymis.*

In secundo vero libro & tertio aduocatur fabulis, quibus puerilis consueta est aduocari garrulitas. Nam in fine tertij libri Cyclopas vidit Achemenide monstrante. ἄχος enim Græce tristitia dicitur, cyclos autem Græce circulus vocatur. Ergo pueritia, quoniam παῖς puer Græce dicitur, iam timore nutritorum feriata, tristitiã cogitandi nescit & vaginem puerilem exercet. Ob hanc rem etiam Cyclops vnum oculum in fronte habere dicitur. quia nec plenum nec rationalem visum puerilis vagina portat, & omnis ætas puerilis in superbiam erigitur vt Cyclops. Ideo in capite oculum, quod nihil nisi superbum & videat & sentiat. quem sapientissimus Vlixes extinguit, id est, igne ingenii vana gloria cæcatur. Ideo eum & Polyphemum diximus, quasi ἀπολλύντα φήμην, quod nos Latine perdentem famam dicimus. Ergo iuuentutis elationẽ & ętatis famæ perditionẽ cæcitas sequitur. Nãvt ordo se euidenti manifestatione dilucidet, tũc patrem sepelit. Accrescens enim iuuenilis ætas paterni vigoris respuit pondera. Denique Drepanos portu sepelit. Drepanos enim quasi δριμύπαιδος. δριμὺς.n. Græce acer dicitur, παῖς vero puer vocatur, quod puerilis acerbitas paternam respuat disciplinam. Feriatus ergo animus a paterno iudicio in quarto libro & venatum progreditur, & amore torretur: & tempestate ac nubilo velut in mentis conturbatione coactus

adu-

adulterium perficit. In quo diu commoratus, Mercurio inſtigante libinis ſuæ malæ præſumtum amorem relinquit. Mercurius enim Deus ponitur ingenij. Ergo ingenio inſtigāte ætas deſerit amoris confinia: qui quidē amor cōtemtus emoritur, & in cineres exuſtus emigrat. Dum enim dedecus puerile auctoritate ingenii excellitur, ſepulta in obliuionis cinere fauilleſcit. In quinto vero, paternę memoriæ cōtemplatione attractus ludis iuuenalib. exercetur. & quidnam aliud eſt, niſi vt iam prudentior ætas paternæ memoriæ exēpla ſecuta, liberalibus corpus exerceat cauſis? Nam vide quia & pugillationem exercet, id eſt virtutis artē. Entellus & Dares peragunt. ἐντέλλειν enim Græce imperare dicimus: δέρειν cædere. quod & magiſtri in diſciplina faciunt. Tunc etiam & naues ardeſcunt, id eſt inſtrumenta periculoſa, quibus ætas tempeſtiuis iactationum curſibus fatigatur & velut procellis periculorum quotidie quatitur. Igne ingenij ſuperexcellente, hæc omnia conſumuntur, & ſcientiæ aſtutia coaleſcente, in fauillam obliuionis ſopita cōmigrant. At vero in ſexto ad templum Apollinis adueniens, ad inferos deſcendit. Apollinem deum ſtudii dicimus: ideo & Muſis additum. Ergo poſtpoſito lubricæ ætatis naufragio, & Palinuro amiſſo (Palinurus enim quaſi planonorus, id eſt errabunda viſio, vnde & in quarto libro de aſpectu libidinis ita poſuimus--*totumque pererrat luminibus tacitis.* nam & in bucolico: *errabunda bouis veſtigia*) Ergo omiſſis his rebus ad templum Apollinis, id eſt ad do-

ctrinam ſtudij,peruenitur:ibique de futurç vitæ conſultatur ordinibus, & ad inferos deſcenſus inquiritur;id eſt dum quis futura cōſiderat, tūc ſapientiæ obſcuræ ſecretaque myſteria penetrat. ſed ſepeliat ante Miſenum neceſſe eſt. Miſio enim Græce obruo dicitur; αἶνος vero laus vocatur.Ergo niſi vanæ laudis pompam obrueris,numquam ſecreta ſapientię penetrabis.vanæ enim laudis appetitus, numquam veritatem inquirit:ſed falſa in ſe adulanter ingeſta,velut propria reputat. Denique etiam cum Tritone bucina atque concha certatur.vides enim quam fixa proprietas.vanæ enim laudis tumor ventoſa voce turgeſcit:quem qui idem Triton interimit: quod quaſi πετριμμένον,id eſt cōtritum, dicimus. Omnis ergo contritio omnem vanam laudem extinguit.Ideo Tritonia dea eſt ſapientiæ dicta. Omnis enim contritio ſapientem facit. Cui ego: Certior hanc tuam comprobo doctor ſententiam.Nam & noſtra ſalutaris diuinaque præceptio, Cor contritum & humiliatum, deum non deſpicere prædicat. quæ vere certa manifeſtaque eſt ſapientia. Ad hæc ille:Vt certius tibi planiusque liqueſcat quod dictum eſt, Corineū poſuimus eius corpus igne cremaſſe. χάριν enim Græce gratiam dicimus, αἰὼν vero ſæculū nūcupatum. gratia ergo ſæcularis vanæ gloriæ ſepeliat cineres neceſſe eſt.Sed tamē nō ante diſcitur cognitio ſecretorū,niſi quis ramum decerpſerit aureum,ideſt litterarum & doctrinæ diſcat ſtudium. aureum enim ramum pro ſcientia poſuimus

ſuimus, memores quia & mater mea ramum ſe ſomniauit genuiſſe: & Apollo cum ramo depingitur. Nam ideo & Ramus dictus eſt ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας, id eſt a ſcriptura, ſicut Dionyſius in Gręcis articulationibus memorat. At vero aureum quod diximus, claritatem facundiæ deſignare voluimus; memores Platonis ſententiæ, cuius hereditatem Diogenes Cynicus inuadens, nihil ibi plus aurea lingua inuenit; vt Tiberianus in libro de Socrate memorat. Nam & nos in Bucolicis ideo decem mala aurea poſuimus, ſcilicet decem eclogarum politam facundiam. Nam & Hercules aurea mala de horto Heſperidum tollit. Quattuor enim Heſperides[dictæ ſunt, Egle, Heſperie, Meduſa, Arethuſa]quas nos Latine ſtudiũ, intellectus, memoria, facundia dicimus: Quod primum ſit ſtudere; ſecundum intelligere; tertium memorari quod intelligis; inde ornare dicendo quod terminas. Hinc ergo ornatum aureum ſtudij virtus rapit. Cui ego, verum, inquam, dicis Maro doctiſſime. nuper enim me diuinæ hiſtoriæ memoria tetigit quę ait, ex anathemate ſubreptam eſſe linguam auream, & dextralia pura nihilominus ex gentili facundia fucatum eloquium. Attamen quæ reſtant eloquere. Tunc ille, ergo, vt antea diximus, ramum aureum, id eſt doctrinam adeptus, inferos ingreditur & ſecreta ſcientię ſcrutatur. Sed in veſtibulo inferorũ luctus, morbos, bella, diſcordiã, ſenectutem atque egeſtatem videt. Quãdo ergo omnia in animo aut corde viri conſiderantur, niſi percepto doctrinæ ſtudio, & altioris

ſcientiæ penetrata caligine, tunc enim agnoſcitur, & ſomnij inanis ventoſa deluſio & ſenectutis propinquior ad mortem vicinia, & bellum auaritiæ ſeminarium, & morbus indigeſtionis; & fames pigritię, & temporis vernacula. Ergo deſcendit ad inferos atque illic & pœnas malorum & bonorum retributiones, & amantum conſiderans triſtes errores, oculatus inſpicit teſtis. Denique nauta Charonte deportante tranſit Acherontem. Ideo & hic fluuius velut æſtus habet ebullientes iuuenilium actuum. Ideo cenoſus, quia non habent iuuenes digeſta liquidaque conſilia. Acheron enim Græce ſine tempore dicitur. Caron vero quaſi Cronon, id eſt tempus: vnde & Polydegmonis filius dicitur. Polydegmō enim multæ ſcientiæ dicitur. Ergo dū ad tempus multæ ſcientiæ quis peruenerit, in temporales gurgitis cenoſitates morūque fecelentias tranſit. Deinde Tricerberum mellitis reſopit offulis. Tricerberi autem fabulam iam ſuperius expoſuimus, in modum iurgij forenſiſque litigij poſitam. Vnde & Petronius in Euſtion ait: Cerberus forenſis erat cauſidicus. Ergo tunc iurgij calumnia dicitur, & venalis lingua in alienis exercetur negotiis, dum ſtudij doctrina profecerit, ſicut in aduocatis nunc vſque conſpicitur. ſed melle ſapientię ſcandali dulcoratus reſipiſcat rancor. Deinde in ſecretis conſiderationibus admiſſus virorum fortium contemplatur imagines, id eſt virtutis inſignia monimentaque conſiderat. Ibi etiam Deiphœbi inſpicit pœnā: Deiphobus enim Græce aut quaſi Dimophobus,

aut velut Demophobus , id eſt aut terroris timor , aut publicus timor. Ergo qualisbet timor ſit, iuſte amputatis & manibus & oculis & auribus pingitur: illa videlicet ratione quod omnis timor nec quod videat ſentit, nec quod audiat ſcit , nec quid gerat ſine manibus nouit. Denique & in ſomnis a Menelao occiditur. Gręce enim Menelaus quaſi Menelaon , id eſt virtus populi : quæ quidem virtus omnem timorem ſemper ſomno deditum interficit. Illic etiam & Dido videtur quaſi amoris atque antiquæ libidinis vmbra iam vacua. Contemplãdo enim ſapientiam libido iam contemta e mortua, lacrimabiliter pœnitendo ad memoriam reuocatur. At vero dein ad locum illũ venitur vbi dicimus,

Porta aduerſa ingens ſolidoque adamante columnæ:
Vis vt nulla virûm,non ipſi exſcindere ferro
Cælicolæ valeant,ſtat ferrea turris ad auras.

Vide quã euidentẽ ſuperbiæ atque tumoris imaginẽ deſignauimus .Cui etiã turri adamãtinas columnas addidimus:quia hoc genus lapidis indomabile eſt.ſicut etiam in Græco abſoluitur: Superbiã.n. nec diuinus timor nec humana virtus nec famę verecundia reuocare poteſt.Ferrea vero turris ad auras,elatio erecta & incuruabilis dicitur.Sed elationẽ quis ſeruat niſi Tiſiphone,hoc eſt furibunda vox?At vero quod diximus,

Quinquaginta atris immanis hiatibus ydra Sæuior:

illud nihilominus deſignauimus , quod deterior eſt in ſuperborum corde tumoris inflatio quam in ore ventoſa iactatio.nam illud quod diximus

----Tartarus ipſe

Bis patet in præceps tantum tenditque sub umbras
Quantus ad æthereum cælum suspectus olympum.

considera plenum superbiæ meritum. pœna enim superbię, deiectio est. quanto enim elatus contempnitur, tanto præ vilitatis deiectione torquetur. Ergo exaltatus quis in superbiam duplum eliditur. Vnde & Porphyrius in epigrammate ait,

Pauxillum Fortuna tibi, res perfida, Quinte,
Extulit in frontem grande supercilium.
Nā ne aliud credā, puteum puto te quoque Quinte,
Quanto altius magis es, tam mage despiceris.

Denique ibi & gigantas videt, & Ixionem & Salmoneum omnis superbiæ pœna damnatos: nec non & Tantalum. Tantalus enim Græce quasi θέαν θέλων, id est visionem volens. Omnis enim auaritia ieiuna fruendi vsu. sola visionis imagine pascitur. Sed his locis iudex Radamanthus Gnosius ponitur. Radamanthum enim quasi τὰ ῥήματα δαμῶντα, id est verbum domātem dicimus. γνώσω enim sentire dicitur. Ergo qui verborum impetum domare scit, hic superbiæ & damnator & cōtemtor est. Denique Æneas hoc strepitu terretur. Vir enim pius superbiæ voces & malorum pœnas effugit & pauescit. Deinde ramum aureum postibus deuotis infigit, & ita Elysiū ingreditur. Quod clareat facūdiæ perfectione, omisso iam labore discendi, memoriæ, quæ in cerebro est, sicut in postibus perpetuę infigenda, Elysium ingreditur, campum elysis enim Græcę resolutio dicitur, id est feriatam vitam,

tam post magistrianũ timorẽ. Sicut enim inferni Proserpina regina, ita scientiæ regina memoria est, quæ in Elysiis perserpens, dominatur perenniter mentibus. Huic ergo doctrinæ aureus ramulus dedicatur. De qua memoria Cicero dicere solitus erat, Thesaurum scientiæ. Sed in Elysiis campis primum Musenum videt, qui Musarum dono excelsior est omnibus, qui etiam patrem ostendit Anchisen, & Letheum fluuium. patrem scilicet ad tenendum grauitatis morem: Letheum vero ad obliuiscendam pueritæ leuitatem. denique ipsum nomen Anchisæ considera. Anchises enim quasi a i n o i s c e n o n, id est patriam habitans. vnus Deus enim pater, rex omnium solus habitans in excelsis, qui quidem scientiæ dono monstrante conspicitur. nam & vide quid filium docet,

Principio cælum ac terram camposque liquentes
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque astra.

Vides ergo quia sicut Deũ creatorem oportuit, & de secretis naturæ mysteriis docet, & reduces animas iterum ad vitam demonstrat, & futura ostendit. Ad hæc ego, O vatum Latiaris authentalitane tuum ingenium clarissimum tam stultæ defensionis fuscare debuisti caligine? qui dudum in Bucolicis mystice persecutus dixeras,

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo demittitur alto.

Nunc vero dormitanti ingenio quippiã stertẽs,

Sublimes animas iterumque ad tarda reuerti Corpora.

Numquidnam iam oportuerat inter tanta te dulcia poma, mora etiam ponere, tuæque lucu-

lentæ ſapientiæ funalia caliginare? Ad hæc ille ſubridens, Si, inquit, inter tantas Stoicas veritates etiam aliquod Epicureum non deſipuiſſem, paganus non eſſem. Nulli enim omnia vera noſſe contigit niſi vobis, quibus Sol veritatis illuxit. Neque enim hoc pacto in tuis libris conductus narrator acceſſi, vt id quod ſentire me oportuerat, diſputarem, & non ea potius quæ ſenſeram lucidarem. Audi ergo quæ reſtant. In ſeptimo vero Caieta ſepulta nutrice, id eſt magiſtram timoris proiecta grandedine. vnde & Caieta dicta eſt quaſi coactrix ætatis. Nam & apud antiquos caiatio dicebatur puerilis cædes. Vnde & Plautus in Ciſtellaria comœdia ait,

Quid tu amicam times ne te manuleo caiet.

Nam euidenter monſtratur quod in modum diſciplinæ poſita eſt dum diximus,

Æternam moriens famam Caieta dediſti.

Diſciplina doctrinæ quamuis moriendo deſciſcat, æternum tamen memoriæ ſemen hereditat. Ergo pædagogantis ſuſpectione ſepulta, ad deſideratam olim peruenitur Auſoniam, id eſt adboni crementa, quo omnis ſapientum voluntas auida alacritate feſtinat. Auſonia enim ἀπὸ τοῦ αὐξάνειν dicitur, id eſt cremento, ſiue etiã quod vſque in hanc ętatem crementa ſunt corporum. denique nunc & vxorem petit Lauiniam, id eſt laborum viam. ab hac enim ætate vnusquisquis vtilitatum emolumentis, laborum adſciſcit ſuffragia. vnde & filia Latini dicta eſt nepotis Fauni. Latinus enim dictus eſt a latitando: quod omnis labor diuerſis in locis latitet. Vnde & La-

tona

tona dicta est Luna, quod nunc superna cæli, nunc inferiora, nunc vniformis latitet. Faunos vero quasi c a u n o n u s, id est laborans sensus. Nam & Maricam ducit nympham, quasi mericam, id est cogitationẽ. Vnde & Homerus ait,

Στήθεσιν λασίοισιν διάνδιχα μερμήριξεν.

In octauo Euandri auxilium petit. Euandros enim Græce bonus vir dicitur. Ergo iam perfectio virilis humanæ societatis bonitatem inquirit. a quo bonitatis virtutes, id est Herculeam gloriam audit, quemadmodum Cacum occiderit, id est malum. Deinde arma Vulcania, id est igniti sensus munimina aduersus omne malitiæ tentamentum induitur. Vulcanus enim quasi b u l e n c a u s o n, id est ardens consilium dicitur. Ideo etiam ibi omnes Romanorũ depictæ sunt virtutes: quod sapientiæ consulto munimine felicitates omnes aut conueniunt aut præuidentur. Bene enim agere, futuræ bonitatis seminarium, est. Siue etiam qui bene agit, bona sibi fiducialiter repromittit. Ergo sapientia & bona seminat, & bona sperat. In IX, X & XI, ipsis armis adiutus contra Turnum pugnat. Turnus enim Græce dicitur quasi t u r o n n u s, id est furibundus sensus. Contra omnem enim furiam sapientiæ atque ingenii arma reluctant. Vnde & Homerus ait, M a c e s e x. ęxhinc etiam Mezentium contemtorem deorum interficit. Deus enim omnia bona fieri & imperat & importat: sed animus qui est in corpore deum contemnẽdo bona non implet. reluctatque in bonis sua inlesione. cuius ausus lædentes quasi Lausum filiũ

eius vir sapiens interimit : Dehinc ipsum animum vincit. Nam quis amicus Turni esse dicitur ? nihilominus Mezapus quasi μισῶν ἔπος, quod nos Latine horrens sermonē dicimus. Vnde & Euripides in Tragœdia Ephigenia ait : Hic ē in superans. Ergo in XII victor Messapi tūc demum trutina æquilance, id est morum grauitate ponderatur ac disponitur. Deinde Iuturna bello discedere præcipitur; quę currum etiam regebat. Iuturna enim in modum perniciei ponitur, quod diuturne permaneat. Ergo furibundæ mentis pernicies soror eius est. currum vero eius quasi regit, & eum de morte protelat. Certe pernicies, quod furorem diu producere nouit nē finiatur. Nam primum aurigam Methyscum habuit. (methyscus enim Græce est ebriosus) vt primum furiam animi ebrietas ducat: dehinc pernicies ad protelandum accedat. Ideo ipse & immortalis dicitur. furor enim animi cito finitur: pernicies vero diuturne perseuerat. ideo & currum eius circumagit , id est in longum tempus protelat. Rotæ enim in modum temporis ponuntur. vnde & Fortuna rotam ferre dicitur, id est temporis volubilitatem.

FINIS.

IVNIVS

IVNIVS PHILARGYRIVS IN BVCOLICA ET GEORGICA VIRGILII AD VALENTINIANVM.

IN BVCOLICA VIRGILII.

ECLOGA I. VERS. 20.

VRBEM *quam dicunt Romam*] Roma & ante Romulum fuit, & ab ea sibi Romulum nomen adquisiuisse Marianus Lupercaliorũ poeta sic ostendit: *Sed de flauo & cano ita Roma Æsculapij filia nouum nomen Latio facit: quod conditricis nomine ab ipso omnes Romam vocant.*

50 *Non insueta grauis*] *Grauis* accusatiuus pluralis, quasi, graues.

ECLOGA II.

32. *Pan primus calamos*] Pan, id est, Natura omnium rerum, inuentor est fistulæ. Pan pastoralis deus; per cornu, solem significat, & lunam: per fistulam, septem planetas stellas: per pellem maculosam, cæli sidera: per cannam, ventos: per vngulas caprinas, soliditatem terræ: Villosus est, qa vestitis gaudet terra. hic autẽ natus est Mercurio in arietẽ cõuerso, & Penelope vxore Vlyssis.

63 *Torua leæna*] Hoc nomen licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim leonem masculum & feminam, vt Plautus in Vidularia: *Nam audiui feminam ego leonem semel parire.* Cicero de gloria lib. II. sic ait: *Statuerũt gloria leæna.* Leam vero Varro ad Ciceronẽ dicit li. III. *Sicut nocet panthera, & lea.*

69 *Semiputata tibi frondosa vitis*] Frondosa vitis, idest, de qua si quis biberit, insanit. Sic Varus: *Et frondosam*, inquit, *semiputatam queritur vitem.* Asper: *Tarditatem queritur*, inquit, *quia statim post*

vindemiam putant vites. Vel *frondosa vitis*, quia aiunt mente sanos non haberi, qui ex semiputata vite bibunt vinum.

ECLOGA III.

8. *Transuersa tuentibus hircis*] Legitur & *hirquis*, idest, oculis, ac humilibus & languentibus oculis, non ignorante populo. Iuuenalis: *oculosque in fine trementes.* Persius, *Patrantis fractus ocello.*

30 *Binos alit vbere fetus*] Si vitula est adhuc quare *binos alit vbere fetus?* sed, vt apud Terentiũ, virgo dicitur quæ peperit, vt in Adelphis, *Puer natus nihil habet virgo.* Sic virgo, quæ parit. ideo ad secundum partum virgo dicitur, postmodum mulier. hic post partum *vitula* dicitur pro vacca.

39 *Diffusos hedera*] Legitur & *Ædera*, ab ærendo arboribus, & sine aspiratione dici debet.

62 *Et me Phœbus amat*] Idest, Cæsar: aut originem genituræ ex isto versu comprẽdit. nam mater Virgilii fertur Maia, cum eundem paritura grauis esset, somniasse lauri fructum variis floribus ornatum genuisse.

90 *Qui Bauium non odit: amet tua carmina Maui*] Duos sui temporis poetas dicit pessimos, quorum carmina ob humilitatem abiecta sunt. Vult ergo notare qui sunt inimici Virgilii, qui Vauium, idest, pessimum poetam, & Maeuium, idest, peiorem poetam, vt duplum habeant malum. Ex quibus Vauius curator fuit. de quo Domitius in *Cicuta* refert:

Omnia cum Vauio communia frater habebat,
Vnanimi fratres sicut habere solent.
Rura, domum, nummos, & denique omnia: vt aiunt

Corpori-

Corporibus geminis spiritus vnus erat.
Sed postquam alterius mulier, ...
Nouit, deposuit alter amicitiam.

106 *Tris pateat cæli spatium non amplius vlnas*] Apud antiquos fuit altissimus puteus, in quē descendebant ad sacra celebranda: cuius putei orbis, id est, summus circulus, quo cognoscerent anni prouentus, non amplius quam trium vlnarum habebat: cumque descendissent, non ampliorem cæli partem, quam puteus habuit, poterant videre. vel specus apud Ætnam in Sicilia angusto ore, profunda latitudine, per quem rapta Proserpina a Dite patre. vel *cælum*, pro toto mundo. Alij *cæli spatium* Clypeum Achillis dicunt trium vlnarum, in quo expressa cæli forma fuerat. Aliter: in Sicilia ianua speluncæ, in qua Orcus Liberam rapuit. Aliter. Dicit Cornificius ab ipso Virgilio audisse quod Cælium Mantuanum quendam tetigit, qui consumptis omnibus facultatibus, nihil sibi reliquit nisi locum trium vlnarum ad sepulturā. Item Oledius Nasso torificium, tantum cælum patere videtur, quantū torificiū patet. Itē Asconius Pædianus ait, se audisse Virgilium dicentem in hoc loco se Grammaticis crucem fixisse, quæsituros eos, si quid studiosius occultaretur. dicit autem *poeta* cælum Mantuanum.

ECLOGA IV.

63 *Dea nec dignata cubili est*] Pueris nobilibus editis, in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponitur Herculis mensura.

ECLOGA V.

20 *Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin*] Alii luctum Salonini, nonnulli Flacci fratris ei is putant. Daphnis Mercurii filius, pastor eximiæ formæ fuisse dicitur. Hic dilectus a Nympha Lyca, fidem dedit nullius se mulieris alterius concubitu vsurum. sed fefellit. ob quod orbatus est luminibus. quod licet carminibus & fistula solaretur, non tamen diu vixit.

72 *Et Lyxius Ægon*] *Lyxius* Cretensis, a Lycto vrbe Cretæ.

74 *Sollemnia vota*] Cænarum tria genera: vnum sollemne, aliud viaticum. vt: *ad cænam vocant, aduentum gratulantur*, & Geniale, quod Genio nostro indulgentes, melius viuimus. vt idē Terent. *Quod vix demenso suo suum defrudans genium*.

ECLOGA VI.

14 *Silenum pueri*] Apte personam Sileni inducit disputantem, quem choro Liberi patris magistrum adhibent, qui choro modum adhibere possit. vnde & iculariter illi ferula attributa.

ECLOGA VII.

29 *Tibi Delia paruus*] Vel puer, vel pauper, vt Horatius: *Parui properemus & ampli*. i. diuites.

31 *Leui & marmore tota*] Solent enim plerunq. caput, vel thoraca facere.

ECLOGA VIII.

10 *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno*] Asinium Pollionem intelligit Tragœdiarum scriptorem, aut Varium, cuius extat Thyestes tragœdia, omnibus Tragicis præferenda.

32 *O digno coniuncta viro*] In amatore tria requirun-

quiruntur, vt formoſus ſit, vt diues, vt bene cantans.

77 *Necte tribus nodis*] Metrum anapæſticum in honorem Cupidinis dicitur conſecratum.

109 *Parcite ab vrbe venit*] Non deſine dixit, quia qui deſinit, finem facit: qui parcit, ſuſpendit id quod agebat.

ECLOGA IX.

35 *Nec dicere Cinna digna*] Cinna Smyrnã ſcripſit, quam nonum poſt annum, vt Catullus ait, edidit. Id quod & Quintilianus ait. Vnde etiam Horatium in arte poetica dicũt ad eum alluſiſſe, cum ait: *Nonumque prematur in annum.* Fuit autem liber obſcurus adeo, vt & nonnulli eius ætatis Grammatici in eum ſcripſerint, magnamque ex eius enarratione ſint gloriam conſecuti. Quod obſcurus fuerit, etiam Martialis oſtendit in illo verſu: *Iudice te melior Cinna Marone fuit.*

ECLOGA X.

22 *Tua cura Lycoris*] id eſt, amor; vt, *Iamdudum ſaucia cura.* Hæc autem Lycoris, Cythæris appellata eſt,

IN GEORGICA VIRGILII.

LIBER I.

v.58. At *Chalybes nudi ferrum*] Gens in Ponto, quæ ferrum reperiſſe dicitur, & *nudi*, neceſſitate operis, vt *nudus membra Pyracmon.*

103. *Mirantur Gargara meſſes*] Eſt & alter ſenſus. Cum ea ſit anni temperies, vt hiems ſerena ſit, & ſolſtitium humidum, fructus optime

proueniunt.& adeo hæc esse agris necessaria, vt sine his nec Mysiæ quidem, nec Gargarorum agriculturæ feracitate laudabiles, responsuræ sint opinioni, quæ de eis habetur. Est autem Mysia regio Asiæ circa Ciliciam, frugum ferax, quæ, *nullo cultu tantum se iactat*, id est, gloriatur, quantum si veniat, *serena hiems*, & *solstitiū humidū*.

157. *Falce premes vmbras*] Quia arbusta seri solent, & *Premes*, pro compesces.

165. *Celei*] Celeus rex Eleusiniorum, apud quem Ceres hospitata dicitur filiam quærens: Hic primus propter vsum serendi, quem a Cerere Triptolemus filius eius acceperat, excogitauit canistra, cistas, & his similia.

166. *Et Mystica vannus Iacchi*] *Vannus* est vas vimineum latum, in quod propter capacitatem rustici congerere frugum primitias solent, & Libero sacrum facere. Vnde *Mystica* dixit. est autem vsus eius, vt fabam vannat.

170 *In burim*] *Buris* pars aratri curua, quæ vt curuari possit, ante præuritur.

179 *Et vertenda manu*] Ante vertenda manu, & sic æquanda *cum primis* autem, inter prima.

180 *Fatiscat*] *Fatiscat*, soluatur. & *Puluere* pro siccitate.

188 *Induet in florem*] Cum flos induat nucem, id est, vestiat: figurate hoc dixit.

192 *Pingues palea*] Quidam legunt, *pingues paleas*: Sed verior lectio, *pingues palea*, id est, pingues culmos palea non frumento.

292 *Faces inspicat*] *Inspicat*, findit in modum spicarum, cui multæ sunt aristæ,

295 *Decoquit humorem*] Hic versus longior est vna syllaba, sed sine vitio, quoniam sequens a vocali incipit.

309 *Balearis funda*] Fundis nemo figit, sed intra insidias cogit, vbi inclusam feram iaculis petiit, ergo ὕστερον πρότερον est. *Baleares fundæ*, quia apud insulas Baleares fundarum vsus repertus est. & *insulæ Baleares* primo Gymnesiæ dictæ: post vero cum a Græcis occupatæ sunt, quia cum lapidibus fundæ rotantes submouerent aduersarios, quas incolebant, παρὰ τὸ βάλλειν, *Baleares* appellant.

315 *In viridi stipula*] *Stipulæ* nomine pro culmo abutitur, *induceret arua*, pro, segetibus.

514 *Neque audit currus habenas*] Notandũ quod poeta librum in comparatione finierit, antitheton tertia, vbi in vtraque voce sit commutatio. Sic enim rectum sit: *Fertur curru auriga, neque audiunt equi habenas.*

LIB. II.

57 *Iam quæ*] *Iam* particula hic propterea ponitur, & tempus significat, vt *iam tempus agi res.*

67 *Ardua palma*] Quia Hercules cũ ab inferis rediret, hanc primus arborem dicitur contẽplatus esse, & se inde coronasse, cõueniente colore arboris illi euentui, quo e tenebris in lucem commeauit.

70 *Et steriles platani malos gessere valentes*] Alij legunt, & *steriles platani malos*, vt subintelligas, *inserit.* Si ita legendum erit, in sequenti sensu hypallage est, vt sit, *valentes fagi gessere castaneas.*

78 *Aut rursum*] *Rursum* non habet hic signifi-

cationem iterandi,ſed abundat.

80 *Planta*] *Plantis* abutitur pro ſurculis.

88 *Cruſtumiis*]Pro Cruſtuminis.

97 *Sūt & Aminea*] *Amineos* Ariſtoteles in Politicis hoc ſcribit, Theſſalos fuiſſe, qui ſuæ regionis vites in Italiam tranſtulerint, atque illis inde nomen impoſitum.

101 *Menſis*] *Menſis*, quæ poſt inferuntur, per quod ſignificat & eſui & potui bona.

Diis accepta ſecundis] *Diis ſecundis* intelligit, hoc eſt, propitiis.

104 *Refert*] Aut intereſt, aut prodeſt.

105 *Lybici*] Ipſe alibi, *Litus arenoſum Lybiæ*, dixit.

122 *Gerit*] Pro habet, vt alibi, *Virginis os, habitumque gerens.*

123 *Aëra*] *Aëra arboris*, nunc pro cacumine: aut aërem eum dicit, qui circa cacumen eſt.

126 *Triſtes ſuccos*] Auſteros, amaros.

Tardumque] *Tardum*, grauem, aut diu palato immorantem.

134 *Olentia*] *Olentia* & ad animas eſt referendum, & ſubaudiendum male olentia. Sic Plautus in Milite glorioſo: *Tū in Apulis non ſum natus, non ſum animata.*

135 *Anhelis*] *Anhelis* autem illis, qui anhelant, & deficiunt.

139 *Panchaia*)Regio Arabiæ, vbi & templum Triphyli Iouis. Ipſe alibi: *Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.*

140 *Tauri*) *Tauri* autem hi ſunt, quos ignem flātes Æetæ imperio Iaſon iunxit, vnguento vſus, quod ei Medea dederat.

142 *Seges horruit*) vt factum est in Colchide. & hic est Hydrus, quẽ Cadmus in Bœotia occidisse fertur. cuius dentes ipse partim ibidem seuit; partim Æetes in Colchide: ex quibus vtrique seges armatorum hominum nata est.

143 *Humor*) Vinum a montibus Falernis, qui *Massici* dicuntur.

146 (*Clitumne*) *Clitumnus* amnis est Vmbriam a Tuscia diuidens. significat autem boues Meuanienses, qui sunt albi.

147 *Flumine*) Clitũnus & deus & lacus in finib. Spoletinorum, ex quo bibẽtia pecora alba fiũt.

159 *Te Lari*) *Larius* lacus in Gallia est Cisalpina, non amplius centum viginti stadiorum circuitu patens. Benacus in eadem regione, mille & ducentorum.

160 *Assurgens*) *Assurgens* hic pro, assurgentem. Pendet enim ex verbo *memorem*.

162 *Indignatum*) Agrippa in secũdo vitę suę dicit, excogitasse se, vt ex Lucrino lacu portum faceret. Verum huius gloria Augusto cessit. *Indignatum* autem ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, deinde terra effossa, contigit inter ipsum Lucrinum & Auernum, vt duo lacus miscerentur. & tanta tempestas orta est, vt prodigij loco habita sit, ac nuntiatum sit simulacrum Auerni sudasse. Propter quod Põtifices ibi piacularia sacra fecerũt.

163 (*Iulia*) *Iulia vnda* significat portũ Puteolanũ. *Iulia vnda*) per prolepsim positum est, vt loca prius laudet, quam illum, qui ea fecit, vt laudes inueniant auctorem, idest, Augustum.

164 *Tyrrhenusque fretis im.æ.auernis:)* *Æstus Auerni* ideo dixit, quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Auernum.

167 *Gentemq. Sabellam)* Hi sunt auté qui olim Ausones dicebantur. de Sabellis Varro in Agemodo sic ait: *Terra culturæ causa attributa olim particulatim hominibus, vt Etruria Tuscis, Samnium Sabellis.*

168 *Malo)* Pro labore. Sic etiam e contrario laboré pro malo solet ponere. vt ibi: *Ille dies primus lethi, primusque laborum Causa fuit.*

Volscosque verutos) Quod verutis pugnent.

172 *Auertis) Auertis* & imbellem facis, aut *imbellem* victum iam nec bellantem. Ceterum quid grande si imbellem auertis?

184 *Pinguis)* Plautus in Aulularia: *Tibi dabitur pinguior tibicina, quæ propter assidua sacrificia pinguescit.*

184 *Vligine) Vligo* dicitur naturalis terræ humor.

194 *Reddimus)* Quia debentur.

Pandis) Cauis. vt ipse alibi: *& pandas ratibus posuere carinas.*

195 *Sin armenta)* Quare de armentis dicit, cum tertius liber ad pecudes diuisus sit? Soluitur sic: Varietatis causa, ne vniformis narratio esset. *Nunc & armenta.* Non de his dicit, sed de terra, quæ vtilis sit armentis. Ante enim posuit quæ nutriant, & sic quæ nutrit.

203 *Pinguis)* Fertilis, quia regio eius herbosa est. Alij dicunt agrum, in quo condita est Tarentus, *Saturum* vocari.

213 *Rorem*

213 *Rorem*) *Rorem* quem marinum vocant, dicit: & est humile virgultum, quod in exilibus agris nascitur.

216 *Dulcem*] Ordo est, *aque dulcem*, hoc est; tam dulcem.

224 *Veseuo*) Campaniæ mons Veseuus.

225 *Ora*) Et hoc emēdauit ipse. qui *Nolam* posuerat. Nam postea offensus a Nolanis, qui eidē aquam negauerant, *ora* pro *Nola* posuit.

227 *Supra morem*) Ordo est: Si requiras rara sit, an supra morem; densa. & *Supra morem* hic pro valde est positū, hoc est supra modū, supraiustū.

230 *Capies oculis*) Id est, eliges, vt, *Nunc terras ordine longo.*

238 *Salsa*) Hyperbaton, idest, *salsa tellus.*

241 *Tale dabit specimē*) Specimē pro argumēto.

250 *Ad digitos*) Pro inter digitos.

258 *Nigra*) Idest frigidæ terræ argumenta demonstrat.

263 *Arua solo*) Sensus: optima arua sunt, si putrescit solum. & quia rem difficilem videbatur præcepisse, adiecit: *Et id venti curant gelidæque pruinæ.* Propter quod docuit nos oportere vt solibus & pruinis coquatur. Ipse alibi: *vt cui putre solum: namque hoc imitamur arando.*

264 *Labefacta*] Nota figuram. mouendo labefaciens, aut mouens & labefaciens.

266 *Ante locum similem exquire*] Dicit in trāslatione arborum similē terrā esse requirendā &c.

267 *Digesta feratur*) Antistrophe, idest translata digeratur.

271 *Axi*) Id est septentrionali.

277. *Indulge ordinibus)* Da spatia: *Nec secius)* minus.

288. *Fastigia*]Infimas altitudines dixit.

Scrobibus]Pro humillima scrobe posuit,vt,*Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum, Deposcit sulcis.*& rursus: *Omnibus est labor impendendus, & omnes Cogenda in sulcũ,ac multa mercede domanda.*

293. *Flabra)* Producta prima syllaba legendum.

299.*Corylos*] Antipharmacon esse aiunt,quod infra manifestum facit dicendo: *In veribus torrebimus exta colurnis*,scilicet vt hostia nocens, eo virgulto coquatur,quod vitibus nocet.

300.*Plantas*] Sagittas dicit,id est sarmentum de summa parte præcisum.

301. *Retuso*] Quare *retuso*? soluitur:quoniam hebes ferrum vulnerat magis,quam secat.

312. *Hoc vbi*]Quidam distinguunt,*hoc vbi non.* & erit sensus:vbi oleæ in oleastrum insitæ non fuerint,etiam si incendio conflagrarint,exustæ a trunco reuiuiscent,& cæsæ reuerti possunt,atq; ima similes reuirescere terra. Insitæ autem cum summe perierint,oleastri truncus remanet.

316. *Mouere*] Non arari prohibet:neque enim hic de aruis loquitur,sed scrobes fieri vetat.

317. *Nec semine iacto*] Syllepsis per adsumptionem casus. Nam ex ablatiuo,id est, semine, assumendus nominatiuus,hoc est,semen.& erit sic:nec semine iacto patitur semen radicem terræ affigere.

318. *Concretam*] Concreta vero vtrunque. *concreuerit* autem,commixtam dixit : & *iacto hic semine,*

semine, ideſt depoſito.

323 *Adeo*] Adundat.

Vtile] Bis ſubaudiendum.

327 *Corpore*] *Corpore* aut ſuo, aut terræ. ſic *terra* pro corpori.

329 *Certis*] *Certis* pro his, neque aliis vllis.

331 *Laxant*] Exprimere voluit naturam lactis animalium. Nam *laxant arua ſinu*, dicẽs, partum ſignificat: deinde ſtatim humorem ſuperare quo alat fetus, intulit.

332 *Gramina*) Celſus ait *germina* reliquiſſe Virgilium. loquitur enim de omnium arborum fetu. Vnde male quidam *gramina* legunt. An ideo non metuit, quia nõ ſurgũt? quod magis placet.

333 *Nec metuit*) Quomodo non metuit, ſi ſurgunt? ſoluitur: Neque ſurgentes metuit, ſed ne ſurgant. Hoc dixit: non metuit, ne tempeſtate opprimatur.

342 *Immiſſaq.*) Pro innatæ: neque enim ab alio immiſſæ ſunt.

345 *Indulgentia*) Et noue *indulgentia* dixit. Veteres enim indulgitatem dicebant. vt Cœlius in VII. *Conſuetudine vxoris, indulgitate liberum.*

Terras) Ideſt, fetus terræ.

348 *Aut lapidem bibulum*) *Lapidem* autem *bibulum*, hic non lapidis epithetum eſt, ſed ex lapide beneficium, ideſt per quẽ terra humorem poſſit ad radices vitis admittere.

Infode) Verbum *infode*, venit ab eo quod eſt fodio fodis fodit. Vnde Plautus in Rudente: *Lutuoſus multo, multam terram confode.* & *infode conchas*, circa radices ſcilicet.

349. *Inter)* Id est interueniret: Fuit autē prior lectio, *frigusque calorque*. vt Plautus: *Neque frigus neque calor metuo neque ventum neque grandinem.* Aliter hypermetrus versus erit.

336 *Non alios prima)* Si crescit, deficit. In quo videtur secutus Epicurum, qui ait: *Omnia que orta occidunt, & aucta senescunt.* Varro autem in Satura quæ scribitur de Salute: *Sic mundū haud natū esse, neque mori.* Plato autem non natum, aut mori. Metrodorus autem, neque natum, neque mori: Zenon ex hoc mundo quamuis aliqua intereāt, tamen ipsum perpetuo manere, quia inhæreant ei elementa, e quibus generantur materiæ, vt dixit crescere quidem, sed ad interitum non peruenire, manentibus elementis, a quibus reualescant.

338 *Ver illud erat)* Quomodo dicunt homines diem festum agere magnum orbem, potest & zodiacum circulum dicere, qui faciat diuisionē temporum: quod si est, *agebat*, pro circumagebat, accipiendum erit, orbis.

339 *Parcebant)* Hic *parcebant* pro abstinebant.

341 *Ferrea)* Quia creditum est primo homines e terra natos, a qua humo homines existimabant dictos.

350 *Iamque reperti)* &, *iam*, hic pro propterea ponitur. & vtrum saxo & testa; an illud sensit testam cauam, superiorem lapidem? hoc enim fit.

Sata) *Sata* autem dicit virgulta quæ presseris. & hoc bis repetitum: non enim duo sunt, sed vnum iteratum. ac si diceret: hoc munimentum contra imbres, & æstus,

354 Se-

354 Seminibus) Iterum *seminibus* pro arboribus accipi oportet. &, *superest*, sequens est.

360 Tabulata) Nunc *tabulata* dicit dispositionẽ ramorum, per quos vitis vsque ad summum ascendit. & est relatio facta ad omnes, in quib. extructiones singulæ tabulata dicuntur.

366 Stirpib.) Hic radicibus. Alij *stirpem* pro ipsa materie vitium positum volunt, vt idem alibi: *& ammorso signata in stirpe cicatrix.*

370 Sæpes) Insuper etiam pecus prohibendum.

380 Proscenia) *Proscenium* proculdubio pulpitum dicit. *veteres ludi*, Dionysia: antiquissimi enim: quos rustici confecta vindemia faciebant.

381 Ingentes) Quidam legunt *ingenijs*: vt sit, præmia posuerunt ingeniis. Dabatur autem hircus præmij nomine. vnde hoc genus poematis tragœdiam volunt dictam.

381 Cōpita) Vt Relatio * placet, locus ex pluribus partibus in se, vel in easdem partes ex se via, atque itinere dirigens, siue is cum ara, siue sine ara, siue sub tecto, siue sub diuo sit, vbi pagani agrestes buccina conuocati, solent certa inire concilia. hinc & lares compitalicij, & feriȩ compitaliciæ.

382 Thesidæ posuere) Ideo quia primi Athenienses Liberalia statuerunt. Thesidæ dicti a rege Theseo.

388 Mollia) *Mollia* hic pro mobilia. & videtur Virgilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi, quod eius sit pendulus fructus.

Oscilla) *Oscilla* autem dicta, siue quoniam capi-

ta,& ora hostiarum in summis perticis figebantur, siue quia hunc lusum Osci dicuntur frequenter exercuisse,& per Italiam sparsisse.

392 Ergo) *Ergo* veteres pro merito dicebant. Hinc Plautus in Milite glorioso: *Hiccine Achilles est, inquit mihi, immo eius frater. ergo mecastor pulcer est*. & erit sensus. Merito, inquit, sacra faciemus ei,cuius beneficio vineta prouueniunt.

394 Stabit sacer) Improbant enim Aruspices hostiam,quæ admota altaribus,reluctatur.

400 Leuandum) Hic,putandum.

403 Seras) Vetulas,aridas.

406 Relictam) *Relictam*, neglectam,non putatam.

408 Primus) Per hoc intelligendum, primus puta.& inutiles palos sub tecta referto,pro quibus nouos posueris.

417 Antes) Cato de re militari: *Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas*. sunt autem extremæ quadrarum partes.

421 Expectant) subaudiendum, talis cultura. Ceterum & olíueta coluntur. & quod ait, *nec curuam expectent falcem*, extrinsecus subaudiendum omni anno, quia & ipsa ex interuallo radi solent.

434 Quid maiora) Quomodo maiora, si salices plus sunt humiles, quam myricæ? soluitur. Hic sensus est, & hæc subdistinctio. Quid maiora sequar? & transit etiam illa, quæ putes esse contemnenda.multum possunt,& salices,& myricę, siue genestæ,prodesse.

Vndantem

437 Vndantem) Fluctuantem.

438 Narices) Naricææ,vt hic: *Naricij posuerunt mœnia Locri.*

439 Obnoxia) egentia.

444 Rotis) Rotas ex solidis tabulis factas, tympana appellauit, & agricolæ necessaria distinguunt.

449 Buxum) Signum, non arborem dixit Quamuis Ennij exemplo, & arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim sic in septimo: *Longique cupressi Stant rectis foliis & amaro corpore buxum.*

456 Pholumque) Hic quæstio est, cur Pholum inter Centauros interfectum dicat, quem Hercules etiam hospitem habuerit, & nec dum infestauerit, sed peremptis Centauris, cum sagittas eius Pholus miraretur, vna earum supra pedem ipsius cecidit, & ei letalis fuit. Inter Lapithas autem, & Centauros bellum fuit propter Hippodamiam siue Deianiram. & cum ad rapiendam virginem insolentes Centauri fuissent, a Lapithis sunt attriti.

459 Iustissima tellus) *Iustissima tellus* quomodo, si alibi dicit: *Cœumque Iapetumque creat sæuumque Typhonem.* soluitur. Ideo *iustissima*, quia cum decimis reddit fructus, quod est magnæ iustitiæ.

462 Inhiant) *Inhiant*, mirantur, & subaudiendum salutantes.

474 Primum) primum & ante omnia. vt, *Primus ibi ante omnes.*

475 Sacra) *Sacrum* dici volunt, quod sit cum

religiosum. *sanctum*, quod cum amore.

476 *Sidera*] Vtrum ea quæ cũ cælo feruntur infixa, an vaga, quæ contraria cælo cursus conficiunt. An omnes cæli viæ notæ sunt. A sinistra austri, septentriones a dextra. Quod vulgo dicunt, laborat luna. Hinc Varro in *Cynistore*: *Eclipsis quando fit, cur luna laboret. & si hoc ridicule credunt, dicant, quid laborant.*

477. *Defectus*] Varios defectus secundum Epicurum, qui ait: non vnam causam pronuntiandam, qua sol deficere videtur, sed varias. Potest enim fieri vt extinguatur, vt longius recedat, vt aliquod eum corpus abscondat.

Lunæque labores] *Lunæ* autem *labores* dicit, cum demittit lumen.

481 *Tardis*] *Tardis noctibus*, idest tarde venientibus, idest æstiuis.

Hiberni] Celsus Oceanum significari ait, qui æstu suo diffidit terram inter Mauretaniam & Hispaniam. vt hoc sit, *obicibus ruptis*. Causa autem breuium dierum est, quod signa hiemalia transuersa oriantur, atque occidant. causa longorum dierum, quod ęstiua recta oriantur, & occidant.

486 *Bacchata*] Vbi bacchatæ sunt. & non hæc optat, sed talia.

487 *Qui me*] *Qui*, pro, aliquis, & subaudiendum, Deus.

491 *Strepitumq. Acherontis*] Idest opinionem formidolosam, quæ vulgo fit de Acheronte.

496 *Istro*] Aufidius Modestus legisse se affirmabat hunc morem esse Dacorum, vt cum ad bella

bella proficiſcerētur, non prius rē capeſſerent, quam de Iſtro certum modum haurientes ore in modum ſacri vini, iurarent non ſe ad patriæ ſedem regreſſuros, niſi hoſtibus cæſis. & idcirco Vırgilium familiarı ſibi hypallage vſum dixiſſe, *Iſtrum coniuratum*, apud quem Daci coniurare conſueuerunt.

498 Aut doluit) Non crudelem ruſticum inducit, qui inopis non miſerearur, ſed qui ſciēs paupertatem malum non eſſe, pauperis non doleat ſortem: & ideo adiecit, *aut inuidit habenti*, quia non inuidet, ſciens diuitias bonas non eſſe.

500 Ferrea iura) Quia veniam dare non norit.

501 Tabularia) Negotia publica, & rationes populi, quæ in tabulis ſcribuntur, vnde tabularia dicta. *Vidit*: expertus eſt, vt, *illic Ætnaos vidit Cyclopas Vlyxes.*

507 Hunc plauſus hiantem) Senſus: hic audet concionari, & in Roſtris conuentum populi, fauoremque miratur.

515 Requies) Nec requieſcit, nec interuallum eſt.

516 Mergite] *Mergites* faſces culmorum ſpicas habentium, quas metentes brachiis ſiniſtris complectuntur. quidam cauos dicunt.

518 Sicyona baca) Quoniam oleum Sicyonium magno in pretio eſt. *Sicyon*, vrbs Peloponneſi. *trapetis* autem, molis lapideis, vbi oliua molitur.

521 Coquitur) Familiaris eſt figura pro coquitur, vt miteſcat.

526 Festos) Non cum festi venerint, sed omnes dies, quasi festos agit, idest lætos.

527 Ignis vbi) In medio *vbi ignis*, & proprie *coronantur*, vsque ad coronam summam implentur.

532 Hanc vitam] idest, aureum sæculum.

533 Etruria) Maximum enim imperium Etruscorũ in Italia fuit, vt ait Liuius, ab Alpibus vsq; ad fretum Siculum. Vnde totum mare, quod a dextra Italici litoris est, Tyrrhenum dicitur. Hoc Varro doctius diuidit in prouincias marinas.

LIB. III.

3 Carmina] Legitur, & *carmine*, & vt puto rectius. non enim dicit cetera carmina iam vulgata, sed cetera omnia absolute, idest ceteræ omnes res vulgatæ.

5 Busiridis] *Busiris* Ægypti rex omnibus annis Ioui hospites immolabat. Nam per octo annos sterilitate Ægypto laborãte, Pygmalion Cyprius finem futurum non ait, nisi sanguine hospitis litatum fuisset. Primus autem Thyestes alienigenã immolatus originem sacrificio dedit. Alij sic: *Busiris* Neptuni filius rex Ægypti, qui cum Ioui hospites immolaret, pari exemplo mactatus est ab Hercule, ipsum quoque ausus aris amouere.

11 Aonio] Bœotio, quod ibi primi Aones fuerunt.

12 Idumai] Gens est Syriæ. Quidam *Idumaas palmas* ab Iduma, quæ est vrbs Lydiæ, palmarum ferax, dictas volunt. Plerique Idumam Syriæ,

Iudææ ciuitatem credunt.

Musas) Helicon mons est Musis dicatus.

13 *Et viridi in campo*] Hic est campus, de quo ait: *Et qualem infelix amisit Mantua campum.*

16 *Tenebit*] Pro possidebit. *Compos voti* autem, pro lætus animi.

19 *Alphæum*) *Alphæus* fluuius Elidis. Eos autem ludos accipimus per Alphæum, qui olim Pythici dicebantur.

Linquens] Participium instantis pro preterito.

Ludosque Molorchi] Per *ludos Molorchi* accipimus eos, qui Nemei, vbi Molorchus rex, qui Herculem ad Nemeum leonem tendentem recepit hospitio.

21 *Tonsæ*] Compositum vt Cicero: *Cum saltatrice tonsa.*

27 *Gangaridum*] Idest, Indorum a Gange fluuio.

29 *Columnas*) *Columnas* dicit, quæ in honorem Augusti & Agrippæ rostratæ constitutæ sunt.

32 *Rapta*) Dicendo *rapta*, celeritatam victoriæ ostendit.

33 *Vtroque ab litore*] *Vtroque* autem *ab litore*, id est Oceani orientalis, & occidentalis, vt sit de Ægypto & Cantabris. vel de India, & Britannia.

35 *Ab Ioue*] Ex Ioue & Electra Atlantis filia nascitur Dardanus: ex quo Ericthonius, cuius Troius, cuius Assaracus, cuius Laomedon, & Capis. & Laomedontis Priamus, eius Hector, & ceteri. At Capis, Anchises: cuius Æneas,

cuius Iulius, a quo Iulia gens ſtemmate deſcendit ad Cæſarem. Alij ſic: per Aſſaracum Troianos dicit. Nam Aſſaracus auus Anchiſæ. Ennius: *Aſſaraco natus Capis optimus, isq; pium ex ſe Anchiſen generat.* ergo Aſſaraci familia vſque ad Auguſtum peruenit.

36 Cynthius) Apollo, a Cyntho Deli monte. & vtrum, quia ex oraculo eius condita eſt Troia, an quia muros ipſe ædificauit, dictus Troiæ auctor?

43 Cytheron) Mons Bœotiæ.

44 Taygetiq. canes) Taygetus mons Laconiæ.

Epidaurus) Ciuitas Peloponneſi, Aſclepio ſacrata.

47 Cæſaris) Hic diſtingue, vt Æneadas ſignificaſſe videatur, quia vna Actiaca pugna Octauiani Cæſaris fuit.

48 Tithoni) Ab infinito infinitum, quia Tithoni origo non poteſt comprehendi. & ſatis in Cęſarem blande.

52 Turpe caput) Turpe autem *caput* amplum, atque magnum, ac per hoc terribile.

53 Crurum tenus) Hic autem *crurum tenus*, genitiuo ſuo appoſuit. alibi ablatiuo, vt, *pube tenus.* Modeſtus *tenus* pro fine accipit. Salluſtius: *Fine inguinum ingrediuntur mare.*

Palearia) Vnde & paleæ, quæ collum amplectuntur: & ea pars anuli, quæ gemmam cohibet, propter ſimilitudinem palea dicitur. Cicero de officiis III. *Cum paleam eius anuli ad palmam conuerteret, a nullo videbatur.*

55 Camuris] Camuri boues ſunt qui conuerſa

introrſus

introrſus cornua habent, quibus contrarij patuli, qui cornua diuerſa habent. Læui, quorum cornua terram ſpectant. his contrarij Licini, qui cornua ſurſum verſum reflexa habent.

56 *Albo)* Diuiſe, pro albis maculis. An potius abſolute *albi* dixit, perinde ac ſi diceret, albitatẽ. vt eſt illud: *Sparſis etiam nunc pellibus albo.*

60 *Lucinam)* *Lucina* dicta Iuno, eo quod lucẽ naſcentibus præſtare dicatur. Sic Terentius: *Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro.*

64 *Pecuaria*] Non loca, ſed ipſa pecora dixit. vt alibi idẽ vſurpauit *æſtiua*, pro pecoribus quæ in æſtiuis agunt. *Nec ſingula morbi Corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repente.*

71 *Sortire*] Quaſi ſubſortire, & ſubijce. An potius pro elige & iunge, vt vxorem ſortiri dicimus.

82. *Glaucíq.*] *Glaucus* autem cœruleus eſt color, ideſt ſubviridis albo mixtus, & quaſi clarus. Nam ille ſine dubio diſplicet, qui ex albo & giluo conſtat, vt ſit vnum albo & giluo. Alioqui repugnant illi, *Qui candore niues anteiret, curſibus auras*: &, *bigis it Turnus in albis.*

83 *Et Giluo*] Et *giluo ſpadi* & fœnicius eſt, quales ſunt fructus palmarum, neque ſatis diluti coloris, neque nimium preſſi.

89 *Amyclæi*] *Amycle* ciuitas Laconiæ. Xanthum autem dicit & Cyllarum equos, quos Neptunus Iunoni dedit. illa Caſtori & Polluci, vt poetæ Græculi fabulantur.

93 *Pernix*] *Pernix* autem ad equum refertur. Nam tardiſſimus eſt Saturnus.

Saturnus]Saturnus cum Philyram Oceani filiam in Theſſalia adamaſſet, & cum ea coiret, aduentante vxore,ſe in equum,illam in equam conuertit:atque ita vterque opprobrium effugerunt.Hinc natus eſt Chiron centaurus. Quidam Philyram in florem cōuerſam eſſe dicunt, vel in arborem,vnde liber philyrinus, quo coronæ illigantur.

98 *Si quando*]Bene,*ſi quando*,quia ſenex raro. *Prælia*)pro coitu dixit.

101 *Hinc alias artes*] *Artes*, hic virtutes, &*prolem parentum* noue poſuit. eſt enim propriè liberarum.vt, *Geminam partu dabit Ilia prolem.*

113 *Erichthonius*]Varro in libro qui Admirabiliũ inſcribitur, Ericthonium ait primum equos quattuor iunxiſſe ludis, qui Panathenæa appellātur. de hoc Erichthonio alibi ſatis dictum, qui anguinis pedibus fuiſſe memoratur.

115 *Pelethronij*) *Pelethronios Lapithas* ideo appellauit,quia ſunt Theſſali. Pelethronium antrum eſt,vbi Achillen Chiron erudiuit. Alij Pelethronium regem Lapitharum volunt.

Gyrosque dedere) pro docuere. aliter enim fræna dedere, & aliter gyros. & eſt ſyllepſis, cum aliquid aſſumitur,quod dictum ſupra non eſt.

116 *Equitem*) Hic *Equitem* ſine dubio equum dicit,maxime cum inferat,*inſultare ſolo.* Ennius annalium v11.

Denique vi magna quadrupes equesatque elephanti,
Proiciunt ſeſe.

Sub armis)Id eſt inſident armato.

118 *Æquus vterque labor)* Durus vterque labor, & sub iugum mittere, & sub femur.

122 *Neptunique)* Neptunus etiam parens quorundam equorum fertur, vt Pegasi ex Medusa, & Arionis ex Cerere, cuius seminium Adrastus habuit.

124 *Pingui)* Absolute posuit, vt est illud Lucretianum: *Hic fessæ pecudes pingui.*

125 *Dixere maritum)* Pro designauere. Cic. de Repub. sic: *Dictatore L. Quinctio dicto.* sed & Horatius: *Quem Venus arbitrum dicit bibendi,* pro designat.

127 *Blando)* Mire *blandum laborem*, coitum dixit, quod sit cum voluptate.

128 *Referat)* Non enim potest vnus equus duas patrias habere. &, *referat*, sicut ibi positum: *Et salis occultum referat in lacte saporem.* &, *qui te tantum ore referret.*

128 *Ieiunia)* *Ieiunia*, pro macie.

129 *Ipsa autem macie tenuat armenta)* vt: *Frondesque negant: & frondibus arcent.*

130 *Primos) Primos concubitus*, anni redeuntis accipiendum: alioquin contrarius videbitur, cum infert, *Iam nota voluptas.* ergo primos poetice pro primum. Quidam notam voluptatem, non coitum, sed desiderium accipi volunt.

133 *Tunsis)* Quæ tunduntur. non enim cum tunsæ sunt, sed cum tundũtur. Ne grauiter tunsis, grauiter gemat. & *tusis*, sine, n, littera legendum.

136 *Oblimet)* Lucretius: *ne oblimet*, pro obturet, & obcludat. alibi, *oblimet*, temperet. Ho-

tius. *Rem patris oblimare malum est vbicunque.*

137 *Siti:ns venerem*] Quare *sitiēs*? soluit quæstionem. Alij dictum volunt *sitiens* libidinis plenæ.

138. *Rursus*] *Rursus* hic pro contra significat.

140 *Non illas grauib.*] *Grauib.* aut epitheton est plaustrorum, aut grauib. onustis dixit. Sed poëtice plaustris iuga ducere, non iugis plaustra.

142 *Innare rapaces*] Hoc dicit: innatant fluuios, sed non rapaces. Nam infra ait: *saltibus* &c.

143 *Saltibus*) His *saltibus*. Aliter supra. *Nec saltus superare viam sit passus.* *vacuis* autem *saltibus*, sine maritis dixit.

145 *Saxea procubet*) Noue *saxea vmbra*, quæ saxis fiat, & *procubet*, protendatur.

146 *Silari)* Ordo: plurimum volitans circa lucos Silari, Alburnumque virentem ilicibus. volitans absolute. *Silarus* & *Alburnus* in Lucania sunt montes.

147 *Asilo)* Nigidius de animalibus : *Asilus est musca varia tabanus, bubus maxime nocens. Hic apud Græcos prius myops vocabatur: postea magnitudine incommodi œstrum appellarunt.* & hoc est quod ait, *œstrum Graij vertere vocantes.* Non de Latino in Græcum, sed de Græco in suam linguam, quæ prior fuit.

148 *Oestrō Graii vertere*] Quomodo Graij vertere, cum omnia, quæ latina sunt, à Græca ratione descendant. soluit quæstionem: Græci cum myopem primo dixerint, displicuit nomē: quia proprium non erat. Oestrum dixerunt, hoc est, quia furiam œstrum vocant. Diuidit enim furia armenta, cum ab ea stimulantur. Latine vero

hoc animal tabanus dicitur.

150 Furit) Poetice conuertit. Nam cum furor boum ſit, ætherem ait furere.

151 Sicci) Quare ſicci, cum ripam dixerit? oſtēdit hunc non eſſe fluuium, ſed riuum. vt alibi: *Et arentem Xanthi cognomine riuum.*

153 Iuuencæ) Ionem dicit Inachi filiam, quam in bouem conuerſam œſtro percuſſiſſe dicitur. illa ſe in mare præcipitauit, quod Ionium vocauerunt: & Iſis dicitur, quaſi ſola Dea. Hoc enim Ægyptiis placet.

159 Habendo) Id quod habetur. Lucilius in xxx: *Nonnunquam dabit ipſa ætas quod poſſit habendo.*

162 Cetera] Cetera, quæ non inuruntur.

165 Dum mobilis ætas) Mobilis, flexilis: & eſt duplex lectio. Poteſt enim & ſic legi: *Iuuenum dum mobilis ætas.*

167 Ipſis e torquibus aptos) Aptos, vnitos aut connexos. eſt enim apta iungi.

173 Indomitæ) Vtrum dum quoſdam domas, interea indomitis hæc præſtabis, an antequam domes, interea?

174 Veſcas) Veſcas, teneras & exiles. Nam *veſcum* apud antiquos ſignificabat macrum, & quaſi quod eſcam non reciperet. Afranius in Sororib. *Ah puer eſt veſcus, imbecillus virib.* Sed vide ne *veſcas* appetibiles dixerit. Lucretius certe pro edace poſuit, vt, *veſco ſale ſaxa pereſa.*

175 Fetæ) Feta noſtro more. neq; enim mulgeri niſi enixæ poſſunt. Antiqui autem *fetum* pro grauido ſolent ponere. vt Varro Atacinus: *Feta feris*

Lybiæ.& ipse Virg. *Scandit fatalis machina muros Feta armis.*

176 *More patrum*] *More patrum* sic intellige,vt dixerit mulgeri. Nec implebunt mulctralia more patrum,qui lac magis reseruabant fetibus.alioquin accusabitur ob auaritiam eorũ, qui sibi omne lac mulgebant. Legitur & *mulgaria*,vt Valgius ait: *Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis,& sinum vini cessamus ponere Bacchi.*

186 *Primo*] Non *primo vbere*, sed *iamprimo*, quasi vnum lege:vt sit, *Iamprimo audeat depulsus ab vbere matris.*

187 *Inque vicem*]Celsus,*inque vicem*,sic intelligit,vt sit nonnunquam sine capistris.vel,vt sit in vtraque parte ductus facilis.

188 *Etiam*]Etiam,pro adhuc.

192 *Sitque laboranti similis*] Hoc est, non vere laboret,ne tædium capiat. Ac, *per aperta volans*, currens.

201 *Elei campi*]Maximi ex omnibus,quod sint pedum septingentorum,cum alii minus.

203 *Belgica*]*Belgica*,Gallica.

Esseda] *Esseda* autem vehiculi,vel currus genus quo soliti sunt pugnare Galli. Cæsar testis est libro ad Ciceronem III. *Multa millia equitum atque essedariorum habet.* Hinc & gladiatores essedarij dicuntur,qui curru certant.

Molli] *Molli* autem mobili dixit,vt: *Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.*

220 *Lauit ater*]Hoc ab illa declinatione descẽdit:.lauo,lauis, lauit.Feruo,feruis,feruit.

221.V*ersaq.*]*Versa*, infesta. Plautus in Casina:

Necesse est versis gladiis se pugnarier, idest infestis.

225 *Plagasque superbi*) Sic positum, vt, *& vulnera tardus Vlixi*.

230 *Pernix*] Legunt & *pernox*. sed *pernix* melius, idest pertinax.

Instrato saxa cubili] Nota figura, non saxis.

236 *Oblitum*] *Oblitum*, quasi exercitationum & virium, quem securitas & amor corruperit, adeo vt nec crederet hostem esse rediturum.

254 *Flumina correptos*] *v.i.m.* appellauit. & est ordo, flumina torquẽtia vnda correptos mõtes.

158 *Iuuenis*] Leandri nomen occultauit, quia cognita erat fabula.

263 *Crudeli funere virgo*] Ita hic *virgo* quemadmodum ibi de Pasiphae: *Ah virgo infelix*.

267 *Glauci*] Glaucus Sisyphi filius cum ad mimicum certamen quadrigam duceret, adplicuit ad vicum Bœotiæ, & equas potum ad fontem sacrum per ignorantiam duxit. vnde qui bibissent, in furorem agi solebant. Itaque illum equæ furore exagitante in ipso certamine curru effudisse, ac morsibus laniasse dicuntur.

270 *Ascanium*] *Ascanius* amnis est Mysiæ. sed quia in Asia est.

Gargara] De Gargaris supra dictũ: *& ipsa suas mirantur Gargara messes*.

273 *In Zephyrum*] *In*, pro, contra.

274. *Exceptantque*] Frequentatiuum fecit ab excipiendo, hoc est crebro excipiunt.

Et sæpe sine vllis Coniugiis] Hoc etiam Varro.

280 *Hinc demum*]Ordo: Hinc virus lẽtum ab inguine distillat, quod vero nomine Hippoma-

nes dicunt pastores: vero nomine, quoniam Theocritus herbam dicit nasci in Arcadia, qua gustata equæ in libidinem ardescunt. & Theophrastus, carunculam in fronte equini pulli.

282 Hippomanes) ἀπὸ τῆς ἵππου μανίας, id est ab equæ insania defluens ex equarum inguinibus. quo tempore virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου.

295 In mollib.) Nunc tepidis, vt dicimus, *mollis* hiemps.

296 Dum mox) Celsus *dum mox*, pro donec interpretatur. sed vt puto, *mox*, abundat.

298 subter) Ad pecora respicit, vt sint stramenta, quibus incubent.

304 Extremo) Hic *extremum annum* sub Aquarij sidere collocat. vt quia primus nascentis anni dies ab vrbe condita Kl. Martiis fuit, inde Februarius vltimus anni haberetur. Aquarium autem multi Ganymedem volunt.

305 Hæquoq.) Id est capellæ. Legitur & *hæc.* Veteribus enim mos fuit, vt neutra femininis iungerentur. Vnde Terentius: *Tua nihil refert. vtrum fecerit.* & in Eunucho: *Hæc adornant vt lauent.* nam integrum erat, *hæquoque n.c.n. lt. sane* &c:

307 Vellera) Vellera autem a vellendo dicta.

310 Læta. m. pressis. m. flumina mammis) Nota, *mamma* pecudum dici. legitur &, *vbera.*

312 Cinysfij) Gętuli a Cinypho flumine Gætuliæ idest Lybiæ. Tondent autem pastores, vt sit genitiuus singularis *Cinysfij hirci.*

313 *Vsum)*

313 *Castrorum*] In vſum caſtrorum, quod inde *tomenta* fiant, itemque cilicia, quæ Celſus ait retuliſſe Varronem, ideo ſic appellari, quod vſus eorum in Cilicia ortus ſit.

314 *Paſcuntur*) Pro depaſcuntur.

319 *Mortalis*) *Mortalis*, mortifera intelligenda.

Quo minor eſt) Pro, quo minus eſt. vt ſit ſenſus: Quo minus eſt illis curæ mortifera egeſtas, ſi diligens circa eas fueris, neceſſitas mortalitatis minor eſt.

321 *Nec tota claudes*) Ideſt, præbebis tota bruma fenum.

328 *Rumpent*) *Rumpent*, complebunt. vt, *Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.* aut, in conſuetudine eſt, *rumpunt*, ſiue vehementer clamant. & *exallacmenos* dixit, & arbuſta rumpent cantu ſuo.

335 *Tenues*) Ideſt paruas, cui contrarium illud, & *pingui flumine Nilus.*

340 *Mapalia tectis*) *Mapalia* caſæ Maurorum, qui in eremo habitare dicuntur. ſicut illud Lucani:

Surgere congeſto non culta mapalia culmo.

340 *Raris*) *Raris*, quia non iunguntur, & diſtantibus locis fiunt.

343 *Omnia*) *Omnia ſecum Armentarius Afer agit tectumque laremque* quomodo tectum & larem baiulat paſtor? ſoluitur. *tectum* dicit tentorium, vnde tectum faciat. nunc *larem*, deos dicit penates, ideſt ignem, vnde focum faciat.

345 *Armaque*) Reprehenditur hic, quod Getulis ſagittas, non lanceas dederit.

Amyclæumque) *Amyclæum* non Laconicum, sed pro bono cane accipiendum. item *(ressamq; pharetram*, pro, bonam.

348 *Ante expectatum)* Idest ante expectationem, & prius quam expectaretur, & ante quam putetur venire potuisse.

Hosti) Hosti stat, figurate, pro contra hostem stat.

351 *Redit)* Num addita præpositione, vt solet, pro, it, redit, quod ibi flectatur in sinum, & quasi redire videatur. Hinc annotandum vetuste *axem* pro septentrione positum.

356 *Stiriaque)* Stillicidium congelatum, *Stiriam* dicit.

367 *Acre) Toto aere*, idest, a terris ad cælum.

381 *Trioni)* Id est septentrioni subiecta & Hyperboreo, propterea quia regio, quæ septentrioni subiacet, Hyperborea vocatur, ab eo quod flatus Boreæ excedat.

382 *Euro) Euro* pro vento accipere debemus.

Riphæo) Riphæi montes sunt in eodem tractu.

385 *Lappæque)* Quia læta pascua, solocem lanam faciant, hoc est minutam, duram, atque hirsutam.

386 *Continuoque) Continuo*, pro perpetuo. semper enim hoc fieri debet.

392 *Fefellit)* Cepit, & fefellit. & bene, *si credere dignum est*, quia dicturus erat impia in Deam. fabula sic est. Pan cum Lunæ amore flagraret, vt illi formosius videretur, niueis velleribus se circundedit; atque ita eam ad rem veneream illexit. Huius opinionis auctor est Nicander. nec

poterat

poterat esse nisi Græcus.

395 Cythisus) Arbor a Cythiso insula, vbi multa nascitur, dicta.

Lotosque) *Lotos* arbor piro similis, vtraque pecori bona.

398 Excretos) Id est separatos, aut qui excreuerint, id est valde creuerint.

408 Hiberi) *Hiberi* gens in Ponto. sed magis de Hispanis intelligendum, quorum in latrociniis fama præponderat.

425 Est etiam) Ordo: Ille etiam est malus anguis, & conuoluere solitus. Hæc autem signa sunt, quibus intelligatur qualis sit hic anguis.

428 Rumpuntur) Vt supra, implentur, aut prorumpunt.

431 Improbus) Hic auidus.

Ingluuiem) Varro ad Ciceronem in lib. 23. *Ingluuies*, inquit, *sunt tori circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt, atque intericctas habent rugas.* Sed nunc pro gula positum.

444 Vepres) *Vepres* in masculino genere. At Lucretius feminino dixit: vt, *Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.*

450 Vnguine) Omnis succus, quo vngi potest, *vnguen* dicitur.

451 Sullamque) Genus herbæ, quod in limitibus agrorum ponitur in Africa.

Helleborosque) Herba quæ & radicla dicitur, quæ animalibus prodest.

455 Ad vulnera) Bene *ad vulnera*, pro, ad faciendа vulnera.

461 Gisaltæ) Gens Thraciæ.

e ij.

462 Cum fugit) *Fugit* non hoſtem, ſed quia viuit ſic, vt mutet locos.

471 *Incautum)* Quod ſibi præcauere non poſſit, vt eſt apud Salluſtium: *Repente incautos agros inuaſit:* id eſt, quibus præcautum ſecurum non eſt. vt eſt: *Incautum, patriaſque obtruncat ad aras.*

472 Æſtiua) Ipſum gregem in æſtiuis morãtẽ.

474 *Aerias)* Morbo cæli, quia corruptus aer, morbi cauſa eſt: vt ipſe, *corrupto cœli tractu.*

474 *Norica)* Id eſt Gallica. & dicendo aerias, verbum e verbo expreſſit. Nam Gallorum lingua altimontes, alpes vocantur.

481 *Tabo)* Abutitur pro peſtilentia.

483 *Abduxerat)* Pro contraxerat.

484 *Rurſus)* Hic *Rurſus* poſitum pro contra, vt ſupra: *Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrum Incipit.*

488 Cunctantes) Dubitantes ſacerdotes, animal quod ad ſacrificium ducebatur.

493 *Ieiuna ſanie) Ieiuna ſanie,* ſicca & exigua.

498 *Herbæ)* Pro herbarum, vt ipſe: *Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca.* & rurſum, *Carpit enim vires paulatim, vritque videndo Femina, nec nemorum patitur meminiſſe nec herbæ.* ergo hic, vel amore, vel miraculo carminis obliuionem herbæ factum dicit; ita illi occupatione morbi. quidam volunt ideo dictum, *ſtudiorum atque immemor herbæ,* quod antiqui in pratis certamina exhibere conſueuerunt. Reliqua Grammatici legunt.

507 *Tendunt)* Pro tenduntur: aut tendunt ſe, aut equi tendunt.

Erro-

513 *Erroremque)* *Errorem* hic pro furore posuit.

514 *Nudis)* Vt fœditatem exprimeret, adiecit, *nudis*.

517 *Tristis arator)* Morte iuuenci *tristem* dixit agricolam.

522. *Electro)* Quod a nobis succinum appellatur, *electrum* vocant Græci.

523 *Urget inertes)* Id est vrget, & inertes facit.

530 *Somnos)* Manifestum est a Cydippe Argiuę Iunonis sacerdote hoc tractum, quæ cum boues deessent, filios suos Cleobin & Bitonem plaustro subiunxit, & sic ad templum deducta est, quod fas non erat illam venire sine plaustro. Nam apparet ad sacra Iunonis boues in illis regionibus defuisse, in quibus pestilentiam fuisse demonstrat.

533 *Imparibus)* *Imparibus* autem non simile iugum ferentibus, cum alter maior esset, alter minor.

548 *Refert)* Prodest.

550 *Chiron)* Moraliter. Quoniam mali homines aut ad medicos aut ad diuinos confugiunt, vt aut ope humana, aut diuina adiuuentur: ideo Chironem pro medico, Melampodem pro diuino posuit. Alij hunc expiationes scientem dicunt. Chiron autem Saturni & Philyræ filius fuit, adeo medicinæ peritus, vt etiam Æsculapium docuisse dicatur.

552 *Pallida Tisiphone)* *Tisiphonem* hic, non vnā Furiarum debemus accipere, sed pestilentiam, cui eleganter poeta hoc nomen dedit.

Agit ante] id est ante se.

LIB. IIII.

1 *Cælestia dona.)* Siue quod Iuppiter melle nutritus sit in insula Creta, siue quod in aere concipiatur. Nam, vt ait Cornelius Celsus, apes ex floribus ceras faciunt: ex rore matutino mel.

7 *Læua.)* Læua hic in bono posuit. vt, *intonuit læuum.* alibi autem in malo ponit, cum dicit:

Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus.

8 *Vocatus)* pro inuocatus. vel quia poetæ in tutela eius sunt: vel quia pater est Aristæi, qui primus inuenit, vnde apes fieri possent.

9 *Sedes)* κατὰ τὸ αὐτὸ *sedes statione petenda*, intelligendum etiam, si aliud a sedendo, aliud a stando dicitur.

14 *Meropesque) Meropes* rustici barbaros appellant. & *aliæ.* id est, ceteræ.]

17 *Immitibus) Immitibus nidis* temporale epithetum est. ideo enim *immitibus,* quia apibus vescantur.

19 *Adsint)* Præsentes sint.

21 *Vt cum prima) Prima* hic, pro primum: nomen, pro aduerbio.

25 *In medium) In medium*, non ad humorem retulit, sed absolute dixit. & *inertem* hic pro odioso posuit, vt in Bucolicis, *Libertas, quæ sera tamen respexit inertem.* quę vox ponitur & pro ignauo: *Spumantemq́; dari pecori inter inertia vota Optat aprum.* & pro eo quod sine arte sit: vt apud Lucilium in XIII. *vt perhibetur iners, ars in quo non est vlla.*

32 *Irriguumque)* Qui irrigat, alias qui irrigatur.

Fucoque

39 *Fucoque)* *Fucus* est genus ceræ, qua pro glutine abutuntur. Græci propolim vocant. Alij sic: *fuco* pro medicamento posuit. Plautus in Penulo: *Vitia corporis fuco occulunt*. Sed vide ne de galbano dicat, quod separatim solent præparare, propter remedia quibus aduersus animalia vtuntur sibi infesta. Vnde ipse alibi aduersus colubros hoc dicit adhiberi.

Oras) *Oras* autem aluearíorum.

40 *Gluten)* Hic *gluten*. Sallustius autem, *hic glútino adolescebat*.

Munera] *Munera*, vtrum officia, an quod illis munera conferas, & alueos earum communias.

41 *Lentius*] Tenacius.

47 *Propius*] Vt, *propius stabulis armenta tenerent*. & alibi: *Vota metu duplicant matres, propiusque pericli Hic amor.*

49 *Odor cœni grauis*] Ordo est: odor grauis, quia & leuis dicitur. vt Sallustius: *Apud Corduenos amomum, & alij leues odores gignuntur.*

50 *Imago*] Quæ Græce Echo, Latine *imago* dicitur. Cic. Tusc. III. *resonat tanquam imago*. hic autem sonus facit eas fugere.

51 *Egit*] Pro persequitur.

54 *Libant*] Degustant. alibi, defundunt: vt, *pateras libate Ioui.*

59 *Nare*] Pro volare. vt Ennius in primo: *Transnauit cita per teneras caliginis auras.* Proprietas tamen vocis aptior est natantibus, quam volantibus.

63 *Melisphylla*] *Melisphylla* herba est, quam vt ait Varro, alij apiastrum, alij melinem appellat.

Cerinthe) *Cerinthe* a Cerintho vrbe Bœotiæ, in qua plurima naſcitur.

Ignobile) *Ignobile* autem non omnibus notum: *ignobile gramen*, vile, vbique naſcens

67 *Sin autem ad pugnam exierint*) Longior ſolito parentheſis. eſt enim ordo: ſin autem ad pugnam exierint, motus animorum, atque hæc certamina tanta pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.

73 *Coruſcant*) ſplendent.

77 *Sudum*) *Sudum* eſt ſerenum ſubhumidum. proprie autem *ſudum* pars ſerena inter nubes, quaſi ſemiudum.

88 *Ambos*) Legitur & *ambo*: Reuocare autem apes vel lacte vel aqua mulſa Plinius dicit.

89 *Deterior*) Modo quare deterior, ſi ille ſeruatur, qui malus eſt? ſoluitur. deterior minus bonus, vt,

Triſtior & lacrimis oculos ſuffuſa nitentes.

90 *Vacua*) Hic ad æmulum refertur, vt, *Sola domo mæret vacua*, in qua maritus non erat.

99 *Lita*) Ordo eſt: ardentes auro corpora, & paribus guttis lita.

100 *Cæli*) Vt, *cæli menſes & ſidera ſerua*, & inde: *vbi quarta ſitim cæli collegerit hora.*

109 *Croceis*) Ipſe alibi: *ſertiſque recentibus alant*, id eſt olent.

110 *Cuſtos furum*) Hic *cuſtos* pro obſeruator & prohibitor. & alibi: *Hortorum cuſtos cum falce ſaligna*, &c.

111 *Helleſpontiaci*) Quoniam in Lampſaco ciuitate Helleſpōti nutritus eſt. Hunc Liberi &

Vene-

Veneris filium, hortis, & vineis custodem datum aiunt.

112 *Ipse) Ipse thymū pinosque ferens.* legitur &, *tinos*, est autem laurus siluestris cærulea baca.

115 *Irriget*) Irrigare ergo duobus modis dicimus: vt, *irriguo nihil est elutius horto* : & , *irriguumque bibant violaria fontem.*

115 *Imbres*) Quomodo imbres irriget, cum terra aqua irrigetur? soluitur. bene dixit. Irrigat enim qui mittit, & cui mittit. alibi: *At Venus Ascanio placidam per membra quietem Irrigat.*

119 *Pæstum) Pæstum* ciuitas Lucaniæ. Hæc ciuitas Posidonia dicitur: & est in agro Sallentino, colonia Tarentinorum.

123 *Aut flexi) Flexi* pro flexibilis.

Vimen) Vimen pro caule positum.

125 *Oebaliæ) Oebaliam* arcem Tarentinam dicit a Lacedæmonio Oebalo, longe petito *epitheto*, quia Lacedæmonij duce Phalanto Tarentum condiderunt.

127 *Corycium) Corycium*, Cilicium a monte & ciuitate Ciliciæ Coryco. Alij *Corycium* non natione sed peritia, quod hæc gens studiose hortos colat. & sic dictum est, vt *Arcades ambo.*

129 *Opportuna seges) Seges* pro terra.

130 *Rarum*) Pro præcipuo & summo.

131 *Vescum) Vescum* tria significat, minutum, edule, multum.

134 *Carpere poma*] Pro carpebat, infinitum pro indicatiuo.

139 *Fetus*) Nō sic dixit quasi pariātur, sed quasi studiose examinare parantibus.

141 *Illitiliæ*) Subaudiendum abundare. Ipsius autem manu duplex fuit scriptura, *tinus, & pinus vberrima*, hic pro plurima. fructum enim tinus nullum fert, sed multa semina facit.

144 *Distulit*) In diuersum locum tulit, quasi disposuit. & *seras*, hic, vetulas & magnas. Sallustius *in duo. serum bellum in angustiis fore*, pro, magnum.

145 *Eduram*) E præpositio adimit significationem, & adiicit. Hic ergo *eduram*, nimium duram &c.

152 *Dictæo*) Sed & hoc poeticum est.

158 *Victu*) Id est victui. vt, *victui inuigilant pueri*.

166. *Inque vicem*) Diuisit: nam ordo est: inuicémque, *& aquas*, hic, pluuias.

168 *Fucos*) *Fucus* est similis apibus, eo quod sit apibus nocens, quod cum ipse nihil gignat, aliena consumit. Plin. in lib. historiæ naturalis, quasi imperfectas apes dicit, & habere aculeum negat.

Pecus) *Pecus* autem vetuste, quia omnia animalia pecora dicebant.

169 *Feruet opus*) Iuxta declinationem sæpe dictam, feruo feruit feruit. Hinc est, *feruere Leucatem*.

Flagrantia) Id est redolentia, aut *thymo flagrantia*

170 *Fulmina*) *Fulmina properant* vetuste ait, vt Plautus, *Properant prandium*. & Ennius: *Festinant diem*.

171. *Taurinis follib.*) Plautus, *Quam folles taurini habent, cum liquescunt petræ ferrum vbi fit*.

175 Forcipe) cōpoſitum nomē ex formo & capiendum. *Formum* enim veteres calidum dixerunt.

177 Innatus) id eſt.inſitus. Ideo autem Athenienſes, quod illic mel optimum gignitur.

Cecropias) *Cecropias* hic Atticas, quia Cecrops in Attica regnauit.

178 Quamque ſuo) Recte, vt labore ſuo quærant, non aliena diripiant.

183 Ferrugineos, Cæruleos dicit. Ipſe enim dixerat: *ſunt & vaccinia nigra.* qui enim Græce hyacinthus, Latine vaccinium dicitur.

188 *Muſſant)* Hic murmurant. quæ vox ponitur & in tacendi ſignificatione, vt apud Ennium in XVII. *Non poſſunt muſſare boni, qui factam labore enixi militiam peperere.* Interdum & pro dubitare: vt, *muſſat rex ipſe Latinus, Quos generos vocet. Muſsāt* autem, murmurant. Ennius in x. ſic ait: *Aſpectabat virtutem legionis, ſiue ſpectans ſi muſſaret, dubitaretque denique cauſa pugnandi fieret, aut duri labores.*

198 Concubitu) Datiuus caſus eſt, vt ſupra, *victu inuigilant.*

200 Foliis) Apes, vt Plinius ait, galinarum more incubant, & vermiculos creant. Sed rectius videtur, & ne hoc quidem ſciant, ſicut concubitus neſciunt.

201 Quirites) Audaciter *Quirites,* cum proprie Romani ſint.

282 Refigunt) Id eſt ſufficiunt, vt *ſuffectus* dicitur *magiſtratus.*

203 Immortale) Ideo *immortale genus.* & alibi,

at potest abundare coniunctio. est enim ordo: ergo ipsas quamuis angustus terminus qui excipiat, genus immortale manet.

211 *Parthorum*) His autem gentibus ait Sallustius, adeo ingenita est sanctitas religionis: quas gentes tamen apes dicit amore circa regem superare Virgilius.

211 *Hydaspes*) Apud omnes satis constat *Hydaspen* flumen Indiæ esse, non Mediæ. sed potest videri poeta Hydaspen Medum dixisse, iure belli, quod Medi duce Alexandro, vicerint Porum Indorum regem, & in suam redegerint potestatem. Oritur autem Hydaspes ex Caucaso, & miscetur Indo.

219 *Secuti*) Pythagoræ sectam versat, quam & Stoici sequuntur. & quidam accusant, quod cum sit Epicurus, alienam sectam vsurpare videtur. sed ego puto simpliciter referri sententias philosophorum. Neque enim statim Epicurus debet videri, si libertate poetica ait:

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope studiis florentem.

223 *Pecudes*] More suo *pecudes* & *armenta* diuisit, vt alibi: *Quæ cura boũ, qui cultus habẽdo sit pecori.*

224 *Vitas*) Id est animas.

225 *Huc reddi*) *Huc*, id est, vnde sumptæ sunt animæ.

226 *Omnia*) Per omnes.

Nec morti) *Nec morti* esse locũ, pro, nec mori.

227 *Sideris*) *Sideris*, pro, siderum.

In numerum) *In numerum*, id est in modum. *Et alto succedere cælo*, vt ipsa sidera.

218 *Sedem*) Aliter *sedem relines*, aliter mella. & vtrum relines thesauros, an relines seruata in thesauris, ideſt aluearia?

230 *Ore faue*) Cum religione ac silentio accede. in XVI. Ennius: *Hic insidiantes vigilant, partim requiescunt tecti gladiis sub scutis ore fauentes.* ponitur eadem vox & pro velle, apud Ennium in XIII. *Matronæ melos complent spectare fauentes*, id eſt volentes.

230 *Fumosque manu*) Quia odores malos oderunt: Ideo, *prius haustus sparsus aquarum.*

231 *Fetu*] *Flores* emendatum fuit. & bene grauidos flores, quod ex his omnia generant.

239 *Duram*) Id eſt grauem.

Parces) Ideſt parces alimento illius futuro.

244 *Immunis*) *Immunis*, vitiosus, piger, & qui munere non fungitur.

245 *Imparibus*) Quia validiores sunt, quam sint apes.

246 *Inuisa*) *Inuisam Mineruæ* ex illa fabula dixit, quia videtur Aranea quondam virgo Mineruam lanificij subtilitate prouocasse: a qua victa, conuersa eſt in hoc genus animalis, quod aranea texit.

250 *Horrea*) Spatia alueariorum.

252 *Vita tulit*) Longa parenthesis vſque ad illum versum : *Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores.*

258 *Intus clausis*) Vt in luctu homines solent.

265 *Canalibus*) Varro Diuinarum lib. VI. *canales eas despescit.* Templa feminino genere *canales* dixit.

273 *De cespite*) Non de terra, sed de radice.

278 *Mella*) *Mella* amnis in Gallia Cisalpina, vicinus Brixiæ oritur ex monte Brenno.

283 *Magistri*) Aristeum dicit Apollinis & Cyrenes filium, qui primus inuenit, quemadmodum apes possint reparari.

285 *Tulerit*) Pro genuerit, vt alibi: *Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros.*

287 *Pellæi*) *Pellæi Canopi* ideo dixit, quoniam Macedones Alexandriam condidere. est autem Macedoniæ ciuitas Pella, patria Alexandri, a qua dicta Alexandria est. a qua vrbe XII. millia passuum distans vicus est, Canopus a Canopo Menelai gubernatore ita appellatus. Longo autem epitheto *Pellæi Canopi* sic vsus est, vt alibi: *Tyrios & Agenoris vrbem*, & *Assaraci domum*, Romam.

293 *Vsque coloratis*) Terentius: *Ex Æthiopia vsque hæc est.* Sallustius item: *Quem trans stagnum omnis vsque ad flumen.* hic ergo vsque, e loco est, non in loco. vt ipse: *Italiam longe prospexit ab vsque Pachyno.*

298 *Quattuor*) *Quattuor* eos accipiendum, quos Homerus notauit Eurum, Zephyrum, Boream, Notum. omnes autem venti præter enchorios, idest, regionales, sunt duodecim: Subsolanus. Eurus, Fœnix, Notus, Libonotus, Zephyrus, Argestes, Thracias, Aparctias, Boreas, Circius.

304 *Fragmenta*) Idest, posteaquam subiecerunt ramea fragmenta.

314 *Leues ineunt*) *Leues* nunc ad armaturam.

Extu-

315 *Extudit*) Idest, vnde sagacitas hominũ hos ingressus cepit.

317 *Peneia Tempe*) Quia per ea Peneus fluuius.

319 *Extremi*) Extremum caput sic dixit, vt, *Tu sanguinis vltimus auctor*, idest primus.

328 *Relinquo*) *Relinquo*, pro amitto.

335 *Hyali*) *Hyali*, pro hyalino.

Saturo] id est vineo colore, & Saturo ebrio, ac per hoc presso colore, vt in consuetudine dicimus, *meracius satura, quæ purius & meracius lucent.* alibi: *Saturo*, Tarentino, quia ibi ager Saturus sit, dicitur. Ipse alibi: *& Saturi petito longinqua Tarenti.* & non placet, vt aquatiles lanificæ Tarentinum purpuram carpant.

344 *Et tandem*) Idest tãdẽ virginitate deposita.

350. *Vitreisque sedilibus*] Ergo vellera similia esse debẽt, vbi perlucidus & cæruleus est color.

357 *Diuersa loci*] Pro diuersis locis.

367 *Phasimque*] *Phasis* amnis in Colchide.

Lycumque] *Lycus* in Syria.

368 *Enipeus*] *Enipeus* in Thessalia.

370 *Saxosumque sonans*] Alias, *Saxosusque sonans*, non vt duo intelligendum, saxosus & sonans, sed ob saxa sonans.

Hypanis] *Hypanis* Scythiæ amnis.

Caicus] *Caicus* Mysiæ.

372 *Eridanus*] Galliç Cisalpinæ, qui & Padus dicitur.

373 *Purpureum*] Altum, & per hoc nigrũ tropice, legitur & *influit.*

375 *Inanes*] *Inanes* pro leuibus, & quibus succurri posset.

377 *Mãtelia*) Huius singulare *Mantelum*. Plau-

tus in Captiuis: *Nec hi Sycophantes, nec fucis vllum mantelum obuiam est.* Lucilius autem *mantela* dicit mappas: *Mantela, merumque.*

379 *Adolescunt*] Hic vim habet frequentationis, & *Panchæis adolescunt*, idest Panchaicis odoribus incenduntur aræ.

380 *Bacchi*] Quæ Baccho, id est, vino impleri solent. ceterum Nymphis libari vino Pontifices negant. & sane mox interdictum euidenter apparuit, cum ait: *Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam.*

Mæonii] Quæ nunc Lydia, olim *Mæonia* vocabatur. In hac regione mons est Timolus ferax boni vini.

381 *Libemus*] Sacrificemus.

382 *Sorores*] *Sorores*, aut inter se, aut suas.

Oceanumque] Secundum Physicos dixit, qui aiunt omnium rerum elementum aquam esse: in quibus Thales primus.

383. *Seruant*] Pro incolunt, & optinent: vt ipse alibi: *Seruantem ripas alta non vidit in herba.*

384 *Vestam*] Pro igni; & videtur superius de aqua sensisse, non de vino.

387 *Carpathio*) Ægyptio. *Carpathos* enim insula est Ægypti. vel, vt Pompeius dicit, Insula Rhodiorum. Alij sic: *Carpathium* mare inter Rhodum & Alexādriam, quod abesse dicitur a Carpatho insula, vt Lucilius:

Carpathium mare transuectus, cannabis Rhodi.

388 *Piscibus*) Eosdem & pisces & equos dicit.

390 *Emathia*) *Emathia*, id est Macedoniæ propterea meminit hoc loco, quia contermina est

Thraciæ

Thraciæ. Alij ſic: Pallene inſula ſecūdum Thermodontem, dicta a Palla Sithonis filia, quę nunc Cherſoneſus vocatur. hac Proteus quondam propter Buſiridis crudelitatem relicta, Ægyptum petiit.

391 *Pallenen)* Hoc ideo dixit, quia Proteus antequam in Ægyptum commigraret, Thraciæ fuit incola, vbi habuit vxorem Coronem: filios, Telegonum, & Polygonum: qui cum aduenas luctari ſecum adigerent, & excruciarent; ad poſtremum victi & interempti ab Hercule, animum patris perculerunt. Quapropter cum tædio præſentium rerum, vellet ſolum vertere, Neptunus illic ſuper mare ſpecum fecit, per quam in Ægyptum commeaſſe dicitur. Pallene autem eſt Cherſoneſus in Thracia, cuius in faucibus Corone eſt oppidum, ab vxore Protei cognominatum.

392 *Grādæuus Nereus) Nereus* Ponti & Terræ filius, deus maris: Huius & Doridos filiæ Nereides.

395 *Turpes)* Hic truces: vt, *Cui turpe caput.* vel potius, enormes.

398 *Præcepta)* Reſponſa.

404 *Frangentur inanes) Circum hæc*, ſecundum hæc, ideſt cum quis caruerit omnibus vitiis. & *inanes doli*, non quia inanes ſunt, ſed inanes eos facies, ſi adhibueris vim.

404 *Se recipit)* Proteum dicit.

406 *Species)* Id eſt, facies.

416 *Perduxit)* Prius vnxit.

421 *Deprenſis) Olim*, pro aliquando: & *depre=*

ſis, verbum proprie nauticum, cum tempeſtate occupantur. ſic alibi: *Argolicoue mari depreenſus,*

425 Sirius] Stella in ore canis. Hac oriente maximi calores & ex his graues morbi: ideoque Romæ omnibus annis ſacrum Canarium fit per publicos ſacerdotes.

426 Orbem) Medium orbem ideo dixit, quoniã in medio mundo terra eſt, & in hac omnis aqua quam ſidera in alimentum trahunt, maxime meridiano tempore, quo ardentiſſimus ſol eſt.

426 Ardebat] ideſt, ſiccabat.

427 Hauſerat) Hic pro tenuerat, vt ibi: *Simul hauſit dextera.* Alij ſic. ordo: Torrens Syrius Indos ardebat. *Sirius* enim a poetis pro ſole ponitur: ab aliquo eorum canicula intelligitur.

Hauſerat] Ideſt, inuaſerat.

434 Veſper] Non *veſper*, ſed paſtores tempore eius admoniti.

437 Quoniam] *Quoniã*. pro. poſtquã Pacuuius: *Quoniam ille interit, imperium Calefo tranſmiſſum eſt.*

443 Fallacia] Legitur & *Pellacia*, ideſt fraus: vt, *pellacis Vlixi.* & Lucretius: *Subdola cum ridet penitus pallacia ponti.*

445 Noſtras] Ordo: quis nam confidẽtiſſime pro audaciſſime. *confidentiam* enim veteres pro impudenti audacia dicebant. vt Terentius: *o ingentem confidentiam!*

Iuuenem) Iuuenem Ariſteum.

450 Vidénique) Hoc loco ſuſcipit numen.

452 Grauiter frendens) Grandem ſonitum dentibus

tibus reddens. & aliter. hoc est, assata profe-renda.

453 *Non te nullius*) Bene dixit, *non te nullius*. Hæc enim numina non humilis sunt, sed magni. & significat Tisiphonem, id est mortis vltricem. Nam ideo Tisiphone dicta est, quasi vlturæ mortis vltio, quæ dicitur græce τισιφονος. & aliter. Asper, *non nullius*, inquit, idest non leuis numinis. significat autem Nympharum, nō, vt quidam volunt, Orphei manium.

454 *Magna lues*) Id est magnum scelus.

459 *Seruantem*] *Seruantem*, hic, obtinentem.

462 *Pangea*) *Pangea* Thraciæ montes.

462 *Rhesi*) *Rhesus* dux Thracum. & est prolepsis. quia Rheso Orpheus antiquior est. Idcirco autem Thracia *Mauortia* tellus dicitur. Rhesus dux Thacum, quia in diuisione terræ Marti cessit.

463 *Actias*) *Actias* ideo dicta, quod Atheniensis fuit. quidam volunt Atticen primo vocitatam Actiacen, quia sit litoralis.

463 *Orithyia*) *Orithyia* Erechthei & Praxiotelis filia, ab Aquilone in Thraciam rapta, Zethū & Calain filios edidit.

467 *Tænarias*) In Tænaro enim promontorio Laconię demonstratur alta quædam vorago, per quam emersisse Hercules ab inferis dicitur, cum duceret Cerberum.

479 *Cocyti*] *Cocytus* fluuius inferorum. & aliter: *Cocytus* amnis apud inferos, ex Stygē

profluens ἀπὸ τοῦ κωκύειν quod eſt gemere & flere.

480 Styx]Palus apud inferos.

483 Tenuitque]Id eſt,tacuit.

484 Vento] *Vento* pro aduentū ſignificat, vt ſit ſeptimus caſus:aut *vento* verbum gerūdi eſt.nam intelligi debet aduentu. fit enim gerundi ſic: ventum ventu. Ipſe alibi: *& pacem Romano ab rege petendum.* Quidam ſic:*vento*, audiendum , conſiſtentem . vt eſt illud : *Cum placidum ventus ſtaret mare.*

502 Praterea) Præterea,vltra.

508 Aeria] Quæ ſit vicina aſtris. Strymon autem amnis eſt, finiens Thraciam , ſed hic pro Hebro poſitus.

511 Philomela]Luſcinia.

515 Integrat] Renouat.

517 Tanaimque] *Tanais* fluuius,qui diuidit Aſiam ab Europa.eſt autem Scythiæ.

520 Ciconum] *Cicones* gens Thraciæ,a Cicone Apollinis filio dicta. Orpheus autem, quoniam poſt obitum Eurydices omnes feminas faſtidit, tranſlato in pueros amore,diſcerptus eſt. Aſper, *quo munere*, ob quam rem , vult accipi. poteſt &, *Spretaque munere*,ideſt matrimonij.

521 Nocturnaque Orgia) Quia ſacra eius nocte celebrantur : ex quo Nyctelius eſt cognominatus.

523 Caput a ceruice reuulſum)Conſtat caput Orphei in Hebrum proiectum, & fluctus in Lesbū inſulam detuliſſe. Hebrus autē fluuius in Thracia eſt, qui ex fontibus Rhodopes manans per-

labitur.

labitur. Dictus ab Hebro Boreæ fratre, quem nunc *Oeagrium* dicit, ab Oeagro rege Thraciæ Orphei patre.

535 Napeas) *Napeas* nemorum nymphas. νάπας enim Græci dicunt nemora. & *faciles* hic pro placabiles.

541 Delubra) Ad templa.

542 Demitte cruorem) Id est sacrifica modo.

545 Inferias Orphei) Vt irarum obliuiscatur.

561 Euphraten.) Euphrates flumen, quod diuidit Mesopotamiam a Syria & Cappadocia.

562 Affectat) *Affectat* pro intendit. vt apud Plautum: *vt me deponas vino, eam affectas viam.* & apud Terentium: *Nam disciplina est eisdem munerarier ancillas, qui ad dominas affectant viam.*

564 Parthenope) Lutatius lib. IIII. dicit, Cumanos incolas a parentibus digressos, Parthenopen vrbem condidisse, dictam a Parthenope Sirena, cuius corpus etiam postquam ob locorum vbertatem, amœnitatemq. magis cœptũ sit frequentari, veritos ne Cymæam desererent, inisse consilium Parthenopen diruendi. post etiam pestilentia affectos, ex responso oraculi vrbem restituisse, sacraque Parthenopes cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem restitutionem imposuisse.

565 Audaxque) Quidam *audax* propterea dictum volunt, quod in duabus eclogis quę sunt in Bucolicis, occulte inuectus sit in Augustum propter agros. &, *carmina lusi*, figurate.

NOTÆ AD SERVIVM IN BVCOLICA VIRGILII.

ECLOGA I.

NAM *Virgilij versum de hasta dictum figurate ad speculum transtulit*) legendum *polium* non *speculum*: nam ita habet v. c. & deinde ita scribendum: *Cum post occisum Iulium*, III. *Iduum Martiarum die in Senatu Cæsar Augustus eius filius &c.*

LAEVA, *stulta &c.* Legendum ex v.c. *Perdituros nos quandoque agros, manifesto prædicebant signa: sed nos &c.*

ARBVSTA *fructeta Scholastici vocabant*, Ita legendum ex v.c. & deinde: *Decreuerat enim Senatus ne quis eum puerum vocaret.*

Cicero in Elegia, quæ dicitur Talemastis) Omnes libri manuscripti constanter habent, *Talemasta*. Versus autem Varronis qui paulo post habetur, vel potius totus locus ita legitur in v.c. *Vel Oaxis, fluuius Scythiæ, in Creta enim insula non est, sed aqua, cretei coloris est. Oaxem Plisthenes ait Apollinis & Anchiales filium: Hunc Oaxem in Creta oppidum condidisse, quod suo nomine nominauit, ut Varro ait: Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis, findere dicta &c.*

ECLOGA II.

INCONDITA *&c. Sallustius in Iugurthino*] v.c. habet: *Sallustius libro 2. historiarum:* Non erit autem alienum ab hoc loco, Festi fragmentum supplere in, *Schedia*. nam ibi desideratur nomen

Lucilij

Lucilij, quod restitui potest ex Apuleio de Deo Socratis, qui sic scribit: *Etiam in isto, vt ait Lucilius, schedio & inconatto, experimini an idem sim repētinus qui præparatus.* Festi vero fragmentum sic habet: *Appellauit schedia .... ius cum dixit: Qui schedium facit inconditum & inelaboratum &c.* supplendum igitur: *Appellauit schedium Lucilius, cum dixit &c.*

Vt intelligamus per iram eum aliud voluisse dicere.) v c. *per ironiam.* deinde legendum: *Hac ratione potest & Oaxis, Cretæ fluuius accipi, cum sit, vt diximus Scythiæ.* & paulo post pro, ῥάβδον *habet*, legendum, καλαύ οπα *habet.* Item: *Et notandum pœniteat triuisse &c.* pro eo quod vulgo legitur, *Et no. d m pœniteat &c.*

Cicero in Philippicis, An non inter quas illa &c.) v.c Cicero Philipp. lib. III. *At vero huius domi inter quas illa appendebatur aurum.* sub finem: *Sane & eget illa re, dicimus: vt, eget ille Senatu.*

ECLOGA III.

Nam nusquam poeta loquitur, sed introducta tantum personæ) Ita legitur in v. c. & deinde: *in loco sacro*, pro, *in quodam sacro*, vt est in vulgatis codicibus.

Sane NATALIS *apud maiores plenum nomen, posteritas* NATALIS DIES *dicere cœpit*) Ita in v.c. deinde legendum: *Ipse enim per amicos Cæsaris agrum meruerat recipere.*

ECLOGA IIII.

Vide & luteola pellis) Ita v. c. pro, *alutea*, quod est in vulgaris. deinde ex v.c. Legendum sub fi-

nem. *Alij, abstulerint, legunt.*

ECLOGA V.

Qui in senatu a Cassio & Bruto viginti trib. vulneribus interemptus est) Ita est in v.c. & ita legendum ex historia.

ARIVSIA *autem, idest, Chia, a promontorio Chij insulæ Ariusio*] Ita est in v.c. pro *Arusia*, & *Arusio*, vt habent codices vulgati.

ECLOGA VI.

Dicit enim illis nec visum posse accidere) v.c. *Dicit enim illas nec visum posse recipere*, deinde legendum: *Hac autem ratione comprobant ex atomis & inani originem rerum esse: quod nihil est in rerum natura, quod non & corpus habeat, & recipiat sectionem, & quia recipit sectionem, indicet etiam inanitatem.*

Hippomanes vicit Atalantam puellam Cyriam) v.c. *Scyriam*. & paulo post ita supplendum ex v.c. GRVNÆI *nemoris dicatur origo, miraculum Apollinis, qui serpentem ibi occidit Gryneum &c.* sub finem legendum *Philomelæ*, non, *Prognes.*

ECLOGA VII.

In Sardinia enim nascitur quædam herba, vt Sallustius dicit, quæ Sarda dicitur, apiastri similis. Hæc hominum victus contrahit, & quasi ridentes interimit) Ita legitur in v.c.

ECLOGA VIII.

Sane Varro in nuptijs dicit) v.c. *Sane Varro in Ætijs dicit &c.* Confirmatur hæc lectio loco simili in primo Æneid. ad versum, CVR DEXTRÆ IVNGERE DEXTRAM. *Maiorum enim*, inquit Seruius, *hæc fuerat salutatio: cuius*

τεῖ τὸ αἴτιον id est causam Varro, Callimachum secutus, exposuit. Callimachi *αἴτια* citantur vulgo a Græcis scriptoribus & Latinis. & Propertius meminit eius libri, cum inquit: *Ætia Callimachi.*

TIBI *ducitur vxor: id est sub tuo nomine aliis ducitur: vt eum non ipsi, sed aliis seruituram esse significet, scilicet eius corruptoribus.*] Ita supplendus hic locus ex v.c.

Ismarus aut Rhodope] Seruius in duobus apud me codicibus emendatissimis, vno literis Longobardicis exarato, altero vetustissimo, qui fuit Francisci Philelphi, habet hoc loco, *Aut Ismarus, aut Rhodope*, quomodo si legatur, versus stare non potest. Quid igitur? expungemus ne particulam *aut* primo loco positam? mihi certe nullo modo expungenda videtur. nam ex ea particula apparet Seruiũ ita legisse versum Virgilianum, quomodo iam pridem Petrus Bembus indicauit reperiri in suo tunc optimo libro, quem nunc ego domi habeo, translatum ex illius Bibliotheca cum aliquot aliis magni nominis codicibus, Terentio scilicet maioribus litteris scripto, & itidem Virgilio, quem ex academia Pontani, grandioribus litteris exaratum, habuisse Bembum dicunt. In eo autem libro, quẽ supra significaui, in quo iuueniles tantum lusus Virgilij cũ Bucolicis & parte lib. I. Georgicorũ continentur, ita legitur versus hic Virgilianus: *Aut Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.* Quam lectionem, vt veram putemus, adducit nos primum libri peruetusti auctoritas, confirmata præsertim testimonio Seruij manuscripti,

qui fuit olim Angeli Colotij, nunc Bibliothecæ Vaticanæ, in quo diserte scriptum est: *Aut marus, aut Rhodope.* T tantum litera ob præcedentem similem m, a librario prætermissa: deinde illa, quæ ad eam lectionem tunc stabiliẽdam Bembus attulit ex Strabone. Quibus nos addimus hoc, *Au*, particulam ter disiungentem, inueniri repetitam simili modo apud Theocritum in illo versu,

ἢ ἄθω, ἢ ῥοδόπαν, ἢ καύκασον ἐσχατόωντα.

Quem fortasse versum imitatus est hoc loco Virgilius. *Ismarus* autem, pro, *Tmarus*, vt Librarij scripserint, fecit tum Virgilij versus ille qui supra habetur,

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.

tum Tmari montis ignoratio, non ita frequenter a scriptoribus nominati.

ELECTRA PINGVIA, *id est succina gẽmæ)* Videtur legendum: *Succina gemma.*

ECLOGA IX.

Unde fecit hanc deriuationem Cyrneas taxos, id est Corsicanas.) Ita in v.c. & paulo post: *Qui hodieque ab Aci, Acinius dicitur*, pro eo quod est in vulgatis codicibus, *qui hodieque Latine Acilius dicitur.* & deinde: *Nam hæc est plena laus, quæ cotrariarum rerum continet vituperationem, & suas laudes ex sequentibus rebus dicit.*

ECLOGA X.

Nam & Ennius ait, indignas turres, id est magnas) In v.c: pro *turres*, est, *turtures*. paulo post legendum ex v.c. *Qui cum arborem incideret.*

NOTÆ

NOTÆ AD SERVIVM IN GEORGICA VIRGILII.

LIBER I.

HABENDO PECORI, *hoc est, dum habetur, aut habeatur*] Ita v.c. deinde: EXPERIENTIA, *vsus, natura, doctrina.* paulo post: FERTE SIMVL FAVNIQVE PEDEM: *Ferte, aut simul venite: aut date carmini meo facilitatem.* ita in v.c.

Inter Hibernum & Orchadas] Ita in v c. & deinde legendum: *Ad antiquum nuptiarum pertinet ritum,* non, *nuptarum,* vt est in vulgatis codicibus. paulo post: *Aut rusticis ignauis faue mecum, id est, quibus etiam ego his scriptis plurima collaturus sum.*

VIROSA *autem, aut fortia, aut certe venenata*] Ita supplendus hic locus ex v. c. & deinde pro, *egerunt partum,* legendum, *egerunt partus suos.*

Et fluctus moui marinos] Ita v. c. non *maritimos,* vt est in vulgatis. & paulo post: SITV DVRESCERE CAMPVM *segnem, cessantem. & situ, pro otio, vt redeat &c.*

Rastraque & incuruui auum rubuere ligones] Ita v. c. & paulo post: *quia annus olim in duas tantum partes diuidebatur.* & deinde: *& frigus hiemis serenitatis tepore.* nam *tempore,* pro *tepore.* mendum est.

DEDVCIT. *siccat, detrahit. sic paulo post: Riuos deducere nulla Relligio prohibet.*) Ita v.c.

STIVA, *Manica, gubernaculum aratri, qua tegitur*) Ita v.c. paulo post: *Nitela cuius Cicero meminit in Scauriana.* Ita v.c. nã in vulgatis est: *Sextiana* & deinde: *ideo præmisit, nu refugis, tenuesque piget cognoscere causas.*

Senectus sẽper alienũ requirit auxilium) Ita v.c. & paulo post: *Prognosticõ est anni futuri fertilis, vel infecundi,* & deinde pro, *sed sic quoque legumina degenerant,* legendum ex v.c. *Sed quotiens seruntur , totiẽs legumina degenerant &c.*

Sane secundum artem hæc ostrea, non ostreum dicimus] Ita v. c. & deinde: *Nam ea parte, qua mutilatus est, oritur, non a fronte.* paulo post: *Quarum vnam nos habitamus, alteram Antipodes.*

Sane sciendum vltimas partes tam autumni, quam veris significare, quibus fiunt procellæ) Ita v.c. & deinde *Spicam de maturis frugibus abusiue dicimus. nam proprie est spica, cum per culmi folliculum, &c.* Isidor. lib.17.c.3.

Quod autem ait Plautus in Aulularia , cuius ipsi vtuntur exemplo, Cereri ne facturi nuptias estis, qui sine temeto huc aduenitis) Ita v.c.

Sane sciendum est, vt ait Aratus , ab illa parte ventum flaturum) Ita v.c.& deinde: *Illæ questæ & aspernatæ sunt eius regnum, & ni fallor baculum tũc eis &c.* paulo post: TENVIA *&c. Genua labant. nubes tenues pro velleribus accipiendæ.*

LIBER II.

Nec secius omnis in vnguem arboribus positis secto via limite quadret) v.c. *recto.* & deinde: *Nam semen salicis esum, dicitur infecunditatem mulieribus gignere.* paulo post: *Nam aut insitio dicitur , cum fisso trunco surculus* (in vulgatis codicibus est: *infixo*, pro, *fisso*, vt est legendum ex v.c.& Isidoro) *fecundæ arbori inseritur: aut oculorum impositio, cum inciso cortice, libro alligatur alieno, et arboris germen inserimus. Fagos autem incipit esse nominatiuus casus singularis , nam plu-*

pluralis noster est accusatiuus. Ita v. c. paulo post: *Hinc est quod vites amant montium scapulas.* & deinde: *Acanthus herba est in Aegypto semper frondens*, non, *Acanthus arbor est* &c. Sic supra. & Isidorus lib. 17. c. 9. *Item, apud Aethiopiam, Indos & Seres &c.*

Larius est lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in Originibus, per quadraginta tenditur millia. Ita v. c. deinde: ASSVETVMQVE MALO LIGVREM. *id est, labori. Inculta Alpium extrema possederit. Assuetum ergo, nunc consuetum. Sic alibi: Paruoque assueta iuuentus.* & paulo post: MALIGNI, *inficundi quia malignum veteres infecundum dicebant. vt ipse alibi: Quale per incertam lunam sub luce maligna est iter in siluis.*

INFLAVIT EBVR) *Ebur autem tibiarum, quibus in aurem sacerdotis canere solebãt)* Ita v. c. & deinde: *incuruatus, non curuatus.* paulo post IN CORTICE. *plantae scilicet.* Item: *Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.* &: AXI, *Septentrioni. Nam axis dicitur.*

Illud enim metatus sum: hoc messus sum facit, vt, Messum e pollice sierem.) Ita v. c. & deinde: *Translatio a quadris lapidibus, qui sibi inuicem conueniunt.* paulo post. *Ver adeo frondi nemorum, idest, valde.*

NEC RES NVNC TENERAE POSSENT PERFERRE LABOREM, *crescendi, scilicet.*) Ita v. c. & deinde: TENOREM. *Ductum, hic continuationem.* paulo post: PREMES, *pro presseris.* Item: IACTARE *autem bidentes, hoc ad comminuendas pertinet glebas. Dicit autem circum fodiendum esse: & ad*

ipsa capita plantarum terram adducendam & sæpius ideo, quia & vento & imbribus a capite terra descendit.

ADOLESCIT, *crescit.*) Ita v.c. & deinde: PER PVRVM, *per aerem, quasi marem.* & deinde. FRONS TENERA, *Frons vera lectio est.* paulo post CAPREASQVE SEQVACES, *id est, persecutrices; seu quæ vites assiduis persequantur.*

PRÆMIAQVE INGENTES PAGOS] *Legitur &, ingenuis pro ingentes.* paulo post: *Libero vbique caper immolatur, quia vites, quæ in honore ipsius fuerant, ab eo comestæ sunt, iratus Liber pater eum occidi iussit, & ei tolli vtrem, in quo mittu vinum fecit pro eius vindicta.*

Ab eo quod multæ viæ in vnam confluant: vnde ludi compitalicij] Ita v.c. & deinde: *Qui primi ludos instituere & Liberalia.* paulo post: ACER, *non quilibet, sed acer & diligens.* Item METITO, *vindemiato. & per hoc dicit maturam vuam debere colligi.*

Ad materiam sustentandam] Ita v.c. & deinde: *& tacite videtur admonere, quod aperte dixit, In primis venerare Deos.* paulo post: *Nonnulla, idest, nomina aliqua.* Item: RASTROSQVE TENACES, *ad fodiendum scilicet. quia cum trahitur rastrum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur.* Item: *Auiaria, secreta nemorum, quæ aues frequentant.*

MISSA PADO, *pro in Padum, species pro genere.* Ita v.c. paulo post: *Nec Semeleius cum Marte cōfundet Thyoneus.* deinde: *Rura mihi placeant*, pro, *cuilibet.* Item: TARDIS MORA NOCTIBVS, *tarde venientibus, accipiendum: vnde & æstiuis dixisse videtur, ne bis vnum tempus significaret.*

Vnam præsentis, vt dolorem: & vnam futuri, vt metus; quas omnes passiones.] Ita v.c & deinde: *Lucanus de paupertate. o munera nondum &c.* & paulo post: *Significat autem templum Saturni, in quo ærarium fuerat.* Item: *Si aegre gaudet.*

LIBER III.

LVCÆI, *genitiuus est singularis, & κατ' ἐξοχὴν &c.*] Ita v.c. deinde: *Huius laudes scripsit Isocrates.* & paulo post: *aut victor necaret.*

Inuitatis eis filium suum epulandum apposuit.] Sic v.c. & deinde. *Postea Dij petente Tantalo, cum voluissent eius filium reuocare ab inferis &c.* & paulo post: VIA, *ratio in cerrica.*

Quod ab illo necesse fuerat iam teneri.] Ita v.c. & deinde: *Cuius successum dicit in templi consecratione sumpturum.* & paulo post: *olim* XXV. *missus exhibebantur.* item: *Ex aliis agonibus ad me certantium multitudo conueniet.*

Nam rostratas duas Vilius posuit, victis Pœnis nauali certamine.] Ita v.c. sed pro *Vilius*, scribendum fuit *Bilius*. ita enim antiqui *Duilium* vocabant. paulo post legendum ex v.c. *alteram ante Circum videmus a parte ianuarum.*

Quia cito deficiunt, & quia tempora meliora depereunt.] Ita v.c. & deinde: *Sane dicit ante subueniendum esse, vt antequam pereant &c.* & paulo post: *Et est verbum iudicum: nam subsortiri dicuntur iudices &c.*

GLAVCI *autē sunt felineis oculis, id est, quodā splendore perfusis.*] Ita v.c. & paulo post: *Multi autem ita legunt,* ALBIGILVO, *vt non album, vel giluum,*

sed albogiluum vituperet, quod falsum est: quod si singuli colores &c.

Pro equis, hi sunt Baliarchus & Xanthus.] Ita v.c. & deinde: *Opu, eius uxor.* item: *Opis non, Ops.* paulo post: *Præcipue ante omnia ætatem & magnanimitatē considera.* item *Vult probare moueri equos vel amissione, vel acquisitione victoriæ.*

RAPIDISQVE ROTIS) v.c. *Rapidusque rotis insistere victor.* paulo post: *Nam cum quidam Thessalus rex, bobus æstro exagitatis, satellites suos ad eos reuocandos ire iussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & horum velocitate boues secuti eos stimulis ad tecta reuocarunt. Sed diuisi autem cum irent velociter &c.*

Tanager autem fluuius est Lucaniæ. & SICCI *ad tempus æstatis relatum est. est enim torrens hieme*) Ita v.c. & paulopost: *Nota autem est fabula. Io Inachi filia, cum eam Iuppiter inuasisset, veniente Iunone in vaccam mutata est, cui Iuno immisit æstrum &c. Trāsiit autem per mare angustum &c.* & paulo post: PESTEM MEDITATA IVVENCÆ. *Ionem dicit Inachi filiam, quam in bouem conuersam æstro percussisse dicitur. Illa se in mare præcipitauit, quod Ionium vocauerunt. & Isis dicitur, quasi sola Dea, hoc enim Ægyptijs placet. Vel quam pestem &c.*

Phrasis poetica) v.c. *Ecphasis poetica.* & deinde: *circus est principale, vnde fit circulus, & per synæresim, circlus.* item ÆQVORA, *campum planum, æquor appellat.* & paulo post: AD ELEI METAS, *idest fines Circi, Elis &c.* item: ET STABVLA ASPECTANS, *nunc iuuencam & stabula.* Cicero de Catilina: *Retorquet oculos profecto ad hanc vrbem, quam e suis fau-*

cibus

cibus ereptam esse luget. item *Excessit, pro excidit.*

VIRESQVE RECEPTÆ] v.c. *viresque refectæ. deest, est & sunt.* & deinde: *Quia m.o exeuntia masculina, feminina ex se non faciunt.* paulo post: *Et a pedum motu, & ab attritione costarum.* Item: *Sed Leander ad Heronem natatu ire consueuerat &c.*

Nam vult illam herbam abusiue hippomanes dictam, qua possint equæ furere, & alia quacunque ratione) Ita v.c. deinde: *Quæ virus herbis, plus tamen cantibus, herbarũ armant venena.* paulo post: SVPERAT; pro *superest.* Item, LANIGEROS AGITARE GREGES. *Lucretius contra: Buceriaque greges. agitare, aut curare, aut pascere.*

Qua nulla priorum orbita Castalium fontem Delphorum diuertitur.) Ita v.c. & deinde: *In usum autem castrorum ideo dixit, quia de cilicijs & poliuntur loricæ &c.* paulo post: *Et pasco & pascor illam rem dicimus. & pascuntur pro depascuntur.*

Quod Thitonus *maritus Auroræ post optatã longissimã vitã, diu viuendo, in cicadam dicitur esse conuersus*] Ita v.c. deinde: ἀκαλανθὶς, nõ ἀκανθὶς, v.c. & paulo post: *Qua Rhodope mons Thraciæ protectus in orientalem plagam, id est, in Septentrionalem reflectitur.*

MOLE NOVA, *nimium magnitudine*] Ita v.c. deinde: *ut ab hoc fluctu, his fluctibus &c. ut tribubus: nam tribibus nemo dicit.* Item: *Potionis genus est, quod ceruesia nuncupatur.*

CONTINVO, *pro perpetuo: semper enim hoc fieri debet.* Ita supplendum ex v.c. deinde legendum: *Bene addidit, ipse, quasi qui aut dominus gregis est: aut qui antea pro domino capital dari consueuerat:*

e

nam apud maiores, homicidij pœnam noxius, arietis damnum luebat: quod in Regum legibus legitur. Item: *cuius rei mysticæ volunt quandam secretam esse rationem.*

SED VNA VELOCES SPARTÆ CATVLOS, *pro Spartanos. vna, hoc est, vna cum pecore. in Laconicis velocitas, in Molossis fortitudo laudatur &c. Molossia pars Epiri*] Ita v.c.

Nam post remedia morborum, signa & causas commemorat, quibus signa fiunt, & quibus intelliguntur.] Ita v.c. & deinde: *Hoc autem remedium est contra sordes, scabiem &c.* & paulo post: *Dactylicus versus, quod in fine dactylum habeat.*

Vt autem autumnus abundet morbis, facit confinium frigoris & caloris] Ita v.c. & deinde: *Quia autumnus corrumpit, laxiora inueniens post æstatis calorem.* & paulo post: *Ordinem secutus est, quem & Lucretius tenuit & Sallustius. &c.*

Quia vt dicit Plinius Secundus, morbosa caro non coquitur, inde ab hac causa. quia morbus vniuersa confuderit.] Ita v.c. & deinde: *Plautus, vellem me in anginam verti, vt huic aniculæ fauces præoccuparē.* paulo post: *& morituris frigidus, pleonasmus est.*

EPVLÆ REPOSTÆ, *sæpius appositæ, aut abundantes, aut variæ*] Ita v.c. & deinde: *Nam & ita puluinaria pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli, qui sterni in templis, superuenientibus plerusque censuerunt.* item: REFERT, *prodest.*

Caro enim corrupta morbo, quendam habet humorem, qui non ablui potest.] Ita v.c. Potest tamen, *mucorem*, vt est in vulgatis codicibus, retineri. deinde: *Morbus pedicularis, qui est φθειρίασις*

LIB.

LIBER IIII.

Comparatio est laborum, quod magnam dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata]V C. *Compensatio est laboris &c* deinde CAVEIS, *a ueariis* & HINC, *pro de-hinc*. paulo post, CONTEMPLATOR, *pro intuere imperatiue*. itẽ: TANTVM PLVIT ILICE GLANDIS. *hoc est non tantum glandis. & erit &c.* item: *Nam si a squallore est, sordidum significat.*

FRIGIDA TECTA, *melle vacua, inoperosa: contra, Feruet opus. e contra Terentius: Nimium hic homines frigent.*) Ita v.c. & deinde *de hoc Horatius. Nam fures dextra coercet, Obscenoque rubet porrectus &c.* paulo post: *Ideo autem in curuaturam, quia per herbam rectus crescit si pendeat.*

Lacones diu bello attriti a Messenijs, & inopiam timentes virorum, praeceperunt ut virgines eorum, cum quibuscunque &c. duce Phalantho etc. Ita v.c. & deinde: *Pompeius enim victis piratis Cilicibus &c. partim in Calabria agros dedit. Unde Lucanus, an melius fiant &c.* & paulo post: *Terentius: Memini videre, quo aequior sum Pamphilo, vidisse illum in somnis.*

RARVM OLVS, *idest plantatile*) Ita v.c. & deinde: ATQVE ALIIS. *Gargilium Martialem significat. legitur & post me memoranda relinquo.* paulo post: *Tunc itaque apes aeris secutae sonum, Iouem melle pauisse dicuntur.* item: VICTV, *propter victus.* item: IN NVMERVM, *in ordinem.*

Hic poetice masculino, referens ad puerum, qui in hunc florem dicitur esse conuersus.) Ita v.c. & deinde: SOPOR SVVS, *ipsis aptus. nam ideo suus, quia altum desinunt pro natura mellis. vt ipse alibi: Melle so-*

poratis fructib. offă. Sed melius fucus sonus pro exiguitate corpusculi sui. & paulo post: INSTABILES, *fluctuãtes, id est, valente fluctu, stabiles ne sint.* item: *Partubus, a nitendo. unde & enixa dicimus.*

Quae etiam ipsae animam colligendo melli impendere consueuerunt. ut, vteroque animam sub fasce dederunt, ipsae diripiunt eadem mella) Ita v.c. & deinde: *Sed quod eius similis aqua effectus est.* & paulo post: *Tunc enim piscis hic oritur quo tempore tendere in occasum Pleiades cœperunt.* item: *Vel propter propinquam iam hiemis asperitatem.*

Vt cum Turni iniuria matrem admonuit, quam inferebat scilicet, non quam inferebant validiores. Sallustius, iniuria validiorum.) Ita v. c. & deinde: CERASQVE RECIDERE INANES, *dum sine melle sunt ceræ. hoc dicit, si nihil habuerint in aluearibus &c.* & paulo post: IMPARIBVS ARMIS, *quia validiores sunt, quam sint apes.* item: *cum deam lanificij prouocasset inferior.*

Qui fuit de ciuitate Macedoniæ, quæ Pella nominatur.) Ita v c. & deinde: *Nam antea Indus Latine Melo dicebatur* & deinde: IACIT SALVTEM, *iacit pro habet. & ponit apum reparandarum salutem.* & paulo post, ZEPHYRIS PRIMVM, *vult hoc sub occasum hiemis fieri.*

Et sic dicimus, Proh supreme Iuppiter, id est, summe) Ita v.c. & deinde: VITÆ MORTALIS HONOREM. *Bene arare, bene pascere, apes etiam habere. ingēs honor fuit rusticis.* CVSTODIA *&c.* & paulo post: *Aut certe Tarentino, a Saturo Iani oppido.* Sed fortasse legendū: *a Saturo Tarenti oppido.* item: *Scimus enim quod Sole indicante, Mars cum Venere deprehensus est,*

sus est,& per artem Vulcani est religatus catenis.
Namque Arethusæ fons dulcia aqua fluenta per me lios emittit fluctus,]Ita v.c.& paulo post: FAS ILLI LIMINA DIVVM TANGERE. *Vtroque.n.Deo parente nascebatur.ideo fas tangere ait.* & deinde: *Hæc autem non sunt per poetica licentiam dicta,sed ex Ægyptiis tracta sunt sacris: nam certis diebus in sacris Nili, pueri de sacris parentibus nati &c.*item: *Et purpureum,Græcum est epithetum.Homerus,* εἰς ἅλα πορφυρέοσαν.

FLETVS INANES: *his enim mouebatur rebus, quarum erat facilis reparatio;ideo inanes dixit*] Ita v.c. & deinde:*Carpathos,insula iuxta Ægyptum &c.*itē: *Equi enim marini prima parte equi sunt.* paulo post: *Nam homo habet in se libidinem, stultitiam,ferocitatē, dolum:quæ dum inuicem vigent,pars illa quæ vicina est diuinitati,idest prudentia,non apparet &c.Vnde sacerdotem hunc dicit tunc posse vaticinari,& suscipere diuinitatem,cum religata in eo fuerint ignea cupiditas , siluestris asperitas,lapsusque animi &c.*

MAGNA LVES COMMISSA TIBI,*idest magnum scelus*)Ita v.c. Nam quæ sequuntur Seruij non sunt.& deinde:RESPEXIT,*id est commisit in legem sibi datā.*& paulopost:NOCTVRNAQ. ORGIA,*pro,nocturna orgia,vt vda vocis iter.*itē: FLET NOCTEM,*fugiter nocte continua flet.*

VICTORQ. VOLENTIS PER POPVLOS, *Vnum virtutis est,aliud iustitiæ:nam vincere , virtutis est: iustitiæ vero,non inuitis , sed volentibus imperare)* Ita v.c.& deinde: *Nam,vt diximus supra,viginti octo annorum bucolica scripsit. & bene breuiter a se scriptarum rerum executus est titulum.*

NOTÆ AD SERVIVM IN AENEIDA VIRG.

LIB. I.

IN *exponendis auctoribus hæc prius consideranda sunt: Vita poetæ, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio, numerus librorum, ordo, explanatio. Virgilij hæc vita est: Patre Marone, matre Magia fuit)* Ita hic locus legitur in v.c. In quo, post illum versum, qui sic legitur, *Cum mihi se non ante oculis*, subnectuntur hæc: *Periit autem Tarenti Apuliæ ciuitate. nam dum Metapontum cupit videre, valitudinem ex solis ardore contraxit. Sepultus est autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipso compositum est distichon tale.*

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Nam Bucolicorum & Georgicorum alia ratio est, licet alia sit obseruatio) Ita v.c. & deinde: *Troia regio est Asiæ, Ilium ciuitas est Troiæ.* & paulo post; *Nam ecce hoc loco detraxit prouinciæ præpositionem, dicens, Italiam venit. Tullius in Verrinis &c.*

ACCINGVNT, *Studiose separant &c. Horatius, Altius ac nos præcinctis vnum.)* Ita legendum. & deinde: TERRASQVE IACENTES *&c. Vnde & bruta dicuntur*. videtur legendum, *dicitur* non *dicuntur*. nam infra de eadem re. *Vnde Horatius, & bruta tellus.*

NASCETVR &c. CÆSAR. *Hic est qui dictus est C. Iulius Cæsar. Caius prænomen est, Iulius nomen, ab Iulo: Cæsar &c.* Ita legendus hic locus, cum in aliis desit verbum, *nomen*.

LOCOS. *Et iocos, & loca dicimus &c. Simile est & iocus, nam & ioca facit & iocos: vt Sallustius: Iugurth. Ioca atque seria cum humillimis exercere. & Cicero, Quam multa ioca solent &c.*) Ita hic locus supplendus.

FASTIGIA. *Primordia, quia sit longam esse historiam &c.*) Videtur legendum, *quia scit longam esse historiam &c.* & paulo post, VESPER *&c.* legendum, *vt*, δῆλος, *Delus.*

Aurea composuit sponda, Dido aurea, etenim si ad spondam referas, non stat versus.) Ita interpungendus hic locus, deinde legendum: *Mantile tero a manib. quomodo torale.* & paulo post: GEMINOSQVE TRIONES. *Triones sunt boues aratorij.* & paulo supra Horatij versus sic corrigendus: -- *Vngor oliuo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.*

LIB. III.

VIRIDEMQVE AB HVMO CONVELLERE SILVAM. *Bene variat, vt nunc siluam, nunc vimina, nunc virgulta &c.*) Ita legendum. nam *numina*, pro, *vimina*, mendum est. & itē paulo post mendose legitur: *Unde & victos dicimus curuos per senectutem.* nam legendum est, *vietos.* deinde SACRA MARI COLITVR MEDIO &c. *Hæc enim est Diana, Iuno, Proserpina. Iuno* enim legendum, non *Luna.*

OLEARON. *Nam adiecit epithetum causa varietatis.*) Videtur legendum, *Non adiecit epithetum &c.*

HÆC LOCA *vt etiam Sallustius dicit, Italiæ Siciliam coniunctam fuisse. Sed medium spatium, aut per*

humilitatem obrutum est, aut per angustiam scissum.] Ita videtur legendum ex Isidoro. nam, *obrutum*, vox est mendosa.

Vt Cicero in Verrinis, Q. Verrem Romulia. & non addidit, tribu.) Ita legendum. & paulo post: *ut Sallustius: Italiæ plana & mollia.* nam sic est in v.c. & deinde, legendum: *Lacones & Messenij diu inter se bella tractarunt &c.*

LIBER IV.

LATEQVE FVRENTES BARCÆI. *Hi prope sunt a Carthagine.*) Videtur legendum: *Hi procul sunt a Carthagine.* & paulo post legendum: *Sic Plautus in Pyrgopolynice de muliere Polynice, Quid fortis, idest pulchra.* & deinde *Sane Latine Atlas Telamon dicitur, sicut Nilus Melo.* item: *Olympus quasi ὁλολαμπὴς dictus est.*

INCOMITATA, *Quod ferale, idest mortiferum omne est.*] Videtur legendum: *idest mortiferum omen est:* & deinde scribendum: *Atlas vero mons maximus in Mauretania est.* in vulgatis deest vox, *mons.*

LIBER V.

SI NONA DIEM MORTALIBVS ALMVM. *Non de die qui certus est, dubitat &c. Vnde est, sedibus hunc refer ante suis.*) Ita legendus hic locus. & deinde supplendum: *Quod etiam Ouidius in XV. Metamorphoseos dixit, loquente Pythagora:*

Sunt qui cum clauso patefacta est spina sepulcro,
Mutari credunt humanas angue medullas.

PVBES INPELLVNT. *Figura est: vt, Pars in frusta secant &c. Item inter soloecismum & schema, id est perfectam sermonum conexionem, figura est, &c.*) *Schema*, videtur legendũ, nõ, *phrasim*, ex Isid. li. 1. c. 34.

APRICIS,

APRICIS. *sole gaudentibus &c. Apricum autem quasi ἀνὲυ ψύχους.*] Videtur legendum, ἄνευ φρίκης. & deinde PALMAS VTRASQVE *Diximus supra antiquum hoc esse. Carpinius tamen dicit etc.* *Carpinius*, legendum, nō *Carminius, de quo lib.* VI. *ut Varro & Carminius docent.* item: *Tria sunt secundum Carminium &c.* & Macrob. libro v. cap. 19.

DIXITQVE. *Vacat, que, metri causa, &c. Unde Terentianus: Nec tanta in metris venia conceditur uti, &c.*) Ita legendum, nam in vulgatis codicibus mendose, pro, *Terentianus*, citatur *Horatius.*

LIBER VI.

PRÆMISSVS ACHATES, κατὰ τὸ σιωπώμενον *intelligimus.*) Ita legendum. nam verba, *idest taciturnitatem*, adiecta sunt ab expositoribus ad *Græcas dictiones* κατὰ τὸ σιωπώμενον. Deinde legendū, ACHERONTE REFVSO. *Acherō fluvius dicitur inferorum, quasi sine gaudio: sed constat locum esse haud longe a Bays, &c.*

LATET ARBORE OPACA AVREVS. *Licet de hoc ramo &c. Tiberianus: Aurum quo pretio referantur limina Ditis &c.*) Ita legendum, cum in aliis desit vox, *aurum.*

SEDIBVS HVNC REFER ANTE SVIS. *Apud maiores &c. Ergo nunc secundū istum locutus est morem.* Ita legendum. & deinde, IMMITTIT APRICIS, *Quasi* ἄνευ φρίκους *&c.* & paulo post:

ADSIMILVS. AD *vacat & a maioribus ad ornatum adhibebatur. Horatius: Qua populus adsita certis limitibus vicina refugit iurgia.*

VENDIDIT HIC AVRO PATRIAM, *Etiā hæc*

licet generaliter dicantur, habent tamen specialitatem. Nam Lasthenes Olynthum Philippo vendidit. Curio Cæsari XXVII HS. *Romam.*) Ita videtur legendus hic locus.

LIBER VII.

ACCISIS *&c. & hoc est apud nos* AC, *quod apud Græcos* ἄμφι) Legendum *& hoc est apud nos, an, quod &c.* & deinde scribendum : CONDVNTVR *&c. Conduntur ergo, sedem stabilem locant. Sallustius: Peste conditos orbis terrarum &c.* sub principium vero libri ad illum versum POSTQVAM ALTA QVIERVNT. Videndum an recte legatur, *Hebrus* QVIERANT *legit.* sed, *Hebrus* nomen, non caret suspicione.

LIBER VIII.

DAPES *Epulæ deorum propriæ, vt Iouis cœna.*) Videndum an rectius sit *vt Iouis Epulum.* & de Epulo Iouis videnda quæ notauimus ad Kalendarium Rusticum in mense Nouembri.

LIQVIDO ELECTRO. *Puro &c. quas partes etiam si naturam resoluas, inuenies*) Fortasse legendum: *si naturale.* nam ita est in v.c. & deinde scribendum *Electri autem natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emittit, & varios ob Iridis similitudinem reddit colores &c.* nam mendose in vulgatis codicibus legitur, *ad dissimilitudinem.*

LEMNIVS. *Quia in Lemnum insulam &c quod fulmina* de imo *aere nascuntur &c.*) Ita legēdus hic locus. & paulo supra vbi habetur : TENACI FORCIPE. *Nam firunum est calidum &c.* scribendum : *Nam firmum est calidum &c.* Festus, Velius Longus, & alij. Sub finem libri, ad illud

DISCIN-

PISCINCTOS legendum. *Vt contra præcinctos, strenuos dicimus. Horatius, Altius ac nos præcincti vnum.*

LIB. IX.

VOLSCENTEN PETIT: *Appetit, Petitiones &c. Vnde Cicero: Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur &c. & vt aiunt corpore effugi.*) Ita legendus hic locus. nam est ex oratione in Catilinam.

ET STATVAM ANTE ARAS &c. *Nam Ioui de tauro non immolabatur, vt etiam in tertio diximus, nisi cum triumphi nomine sue oue tauro fiebat.*) Ita legendum. nam *sue vel oue*, mendose habetur in vulgatis codicibus. Notauimus autem supra, *Suouetaurilia* scribi cum in veteribus libris, tum in lapidum monumentis, non, *Solitaurilia.*

NVMEROSQ. INTENDERE NERVIS, *Rythmos facere intentione neruorum: Nam numeri sunt rythmi*) Ita legendum. nam in vulgatis libris mendose legitur: *Nam nunc sunt rythmi.*

LIB. X.

COMETÆ SANGVINEI &c. *Et Stoici dicunt has stellas esse vltra triginta duas: quarum nomina & effectus Abienus, qui iam bis scripsit Virgilij fabulas, memorat.*) Videtur legendum: *Qui iambicis scripsit &c.* ex loco inferiore ad versum PHOETI DE GENTE VETVSTA ANCHEMOLVM, vbi sic habetur: *Hæc fabula nusquam inuenitur in Auctoribus. Abienus tamen, qui totum Virgilium & Liuium iambicis scripsit, &c.* & fortasse Auienus vtroque loco scribendum est, si Sex. Auienus Rufus designatur. paulo post mendose legitur, *Varro & Ta-*

cenus, pro, *Varro Atacinus.*

LIBER XI.

GENERVMQVE ASCIVERIT VRBI. *propter vrbem. Lucanus de Catone: vrbi pater est, vrbique maritus. Gener autem ideo dicitur, quia ad augendum genus adhibetur.)* Ita legendus hic locus: nam in vulgatis codicibus mendosus est.

NEQVE ENIM NOVVS ISTE DIANÆ *etc. Terentius: Per amicitiam, quæ incepta a paruulo cum ætate adcreuit simul. Iuuenalis &c.*] Ita legendum. & deinde: *Persius: Vt ramale vetus prægrandi subere coctum &c.* Item: *Namque vbique dux præcipit vt frequentes circa signa sint milites.* ita legendum.

LIBER XII.

REGIQVE IVBET RESPONSA LATINO *&c. Nam supra Turnus tantum dixerat. Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno.)* Ita legendum. & deinde: AN VIRIBVS ÆQVIS NON SVMVS *&c. Nam legimus in Sallustio: Memorare possum quibus in locis populus Romanus ingentes hostium copias parua manu fuderit &c.*

SACER OLEASTER *&c. Nam superfluam quidam volunt facere descriptionem, vt hæc buxus de arbore dicamus: buxum vero de ligno composito.*) Videtur legendum *discretionem*, non, *descriptionem: nam ita postulat sententia.*

VELIVS

VELIVS LONGVS DE ORTHOGRAPHIA.

NEceſſarium arbitror de orthographia ſermonem inſtituēti, a litterarū poteſtate initium facere. Primum igitur definitio litteræ varia fuit apud pleroſq;: Alii enim ſic definierūt: Littera eſt initium vocis explanatæ. Alij ſic: Littera eſt initium vocis ſignificantis. Alij: Littera eſt minima pars orationis: Et verbum eſt, & coniunctio, & præpoſitio. hoc improbantes alij dixerunt: Littera eſt initium ſcriptilis vocis. Excluſerunt autem omnes illam definitionem, qua quidam dixerunt, litteram eſſe initiū vocis ſignificantis: Ideo, quoniam quædam voces ſcribi poſſunt, quamuis nihil ſignificent. Sicuti cum dicimus tit, tir: nam hoc ſcribi poteſt, nihil vero ſignificat. Verius eſt illud, initium ſcriptilis vocis, aut initium vocis explanatæ. Quidam vero omnes litteras vocales eſſe dixerunt, arbitrantes nullam magis minusue neceſſariam eſſe: & quia omnes litteræ voces explanant. Alij dixerunt omnes eſſe cōſonantes, quoniam in Catone ſcribendo, non minus ſonet A quam c littera cum a. Scimus tamen ſubtiliorē eſſe factam diuiſionem: vt vocales illæ quidem dicerentur, ſine quibus ſyllaba fieri non poſſit. Ceteræ, conſonantes, quæ cum his ſonent: nam nihil mutatur in ſyllaba. Inuenti ſunt tamen, qui & ſine vocali putent poſſe ſyllabā fieri. nam animaduertimus apud Comicos, s & r, pariter ſcriptas litteras, vt apud Terentium in Phorm. *Non is obſecro es, quem ſemper te eſſe di-*

ctitasti? Ch. st. So. *Quid has metuis fores?* hoc s & t pariter, renuntiat silentium. Sed scilicet si hoc sectentur, possent etiam plerasque consonantes, & omnes semiuocales pro syllabis ponere. nam apud Luciliũ in IX. (in quo de litteris disputat) omnes vicem syllabarũ implent, cũ dicit: *a re non multum abest hoc cacosyntheton, atque canina si ibi lingua dico, nihil ad me; nomen hoc illi est.* Item, *s nostrũ, & semigræce quod dicimus sigma, nihil erroris habet.* Apparet ergo hæc nihil aliud, quam locũ syllabæ tenere: nec tamen syllabam scilicet esse. Non ergo accedendum est iis, qui putant sine vocali syllabam, vt etiam significationem vocis terminent; quoniam silentium denuntient: & errant: Nam & x significat aliquid (sic enim vocamus) neque tamen ideo syllaba, aut lexis est. & hæc ipsa constat ex c, & s: nec ideo & illam quisquam syllabam dixit, sed duplicem litteram. Deinde quid, quod & voces non simplices, habent tamen significationem, quamuis scribi nõ possint? nam & digitorum sono pueros ad respondendum ciemus.

INCIPIAMVS nunc de litterarum potestate disserere: ac primo, eadem est nostrarum potestas vocalium, quæ sunt Græcorum apud antiquos circa correptionem productionemque: siquidem apud illos quinque tantum fuere vocales, A E I O V: atq; hæ similiter producebãtur corripiebãturque sicut hodieque Α, Ι, Υ, quæ appellantur apud illos κοιναί. Postea vt quidam putant, Simonides inuenit duas vocales, quas dixit φύσει μακρὰς, η. & ω. vt essent ἀντίστοιχα

τῷ ε ϗ τῷ ο, vt quomodo hæ litteræ longę dicerentur η & ω ita & illæ breues natura. quin etiam secundum naturam magis apud nos quinque litteras efferri quam apud Græcos non est dubium, si quis aures habet. Vocales enim eædem sunt & litteræ & syllabæ, non sicuti ceteræ. Cum enim dicimus ἄλφα, A in priore litteram, in sequente syllabam dicimus. Ex his vocalibus quæ apud nos sunt duæ litteræ & vocalium vim & consonantiū obtinent, v & I. Quomodo autem discerni possint in hac duplici potestate, breuiter explicabimus. Constant omnes syllabæ spiritu consonantis: item accessionis loco esse, vt immutatis illis, nihil e natura syllabæ mutetur. sicut nihil interest, vtrum sa dicam sa, an ba: sic nihil interest an etiam dicam & va. cum duæ vocales sint iunctæ, vtique longa syllaba atque adeo consonans est, vt in metro idem præstet. cum enim lego, *& iacit arrecta mentem, stupefactaque corda*, fit primus pes dactylus: & iacit, proinde ac si immutata hac ipsa, impositaque pro ea alia consonante, dicerem, *& facit*. Illud sane animaduertendum hanc eandem litteram, nonnunquam pro duabus consonantibus sonare, si modo sequente vocali interiecta sit. *Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi.* Nam *iam vi* dactylus est, quoniam prima syllaba longa est positione: consonanti enim terminata M, excipitur v littera, quæ pro consonanti posita est ibi. quanquam si cum littera I confusa est v, vicem consonantis habet, cum dico, *arma*

virum

virumque cano, & *quisquis es armatus* ; ideo, quoniam & ante diximus , nunquam duas vocales coire, vt non longam syllabam faciant , vt in eo quod est *quæ manifesta breuitas est. Ideoque in hoc pede, *Quisquis es*, nemo dubitabit , quin dactylus sit. cuius prima syllaba longa est. Verrio Flacco videtur eandē esse apud nos v litterā, quę apud Græcos υ. nāque his exemplis argumētatur: quod illi dicunt cyminū, nos cuminum: quā illi κυπάρισσον, nos cupressum: illi κυβερνήτην, nos gubernatorem , nec non ex eiusmodi Theseus, Mœneceus, Peleus, & similibus adfirmat. Græcorum vero qui de antiquis litteris scripserunt commentaria, ij item Latinorum qui illos secuti sunt, eadē littera veteres solitos scribere ostendunt, μακρός μακροῦ μακρῷ , & confusas fuisse ο & ω apud nos quoque, antiqui ostendunt, quia æque confusas o & v litteras habuēre: nam Consol scribebant per o, cum legeretur per v consul. Vnde in multis etiam nominibus variæ sunt scripturæ , vt fontes , funtes; frondes, frundes. I vero littera interdum exilis est, interdum pinguis: vt in eo quod est, prodit, vincit, condit, exilius volo sonare : in eo vero quod significatur prodire, vincire, cōdire, æque vsque pinguescit. vt iam in ambiguitatem cadat, vtrum per i quædam habeant dici , an per v: vt est optumus, maxumus. in quibus adnotandum, antiquum sermonem plenioris sonus fuisse, &, vt ait Cicero , rusticanum : atque illis fere placuisse per v talia scribere & enuntiare. Errauere

autem

autem Grammatici, qui putauerunt, superlatiua per v enuntiari. vt enim concedamus illis in optimo, in maximo in pulcherrimo, in iustissimo, quid facient in his nominibus, in quibus æque manet eadem quæstio, superlatione sublata, manubiæ an manibiæ; libido an lubido? Nos vero postquàm exilitas sermonis delectare cœpit, vsque i littera castigauimus illam pinguitudinem: non tamen vt plene i litteram enuntiaremus. Et cōtendant quosdam alia nomina per v scribere, qui antiquorum voluntates sequuntur: Nec tamen sic enuntient, quomodo scribant. Nam ex semiuocalibus excludunt quidam litteram x; ea scilicet ratione, qua antiqui nostri repudiauerunt id quod apud Græcos est ψ: nam z lingua Latina non agnoscit,, ideoque nec mentio illius vnquam fuit, nisi primo postquā peregrina nomina hunc sonum induxerunt. quod si cui nomē videtur *Mezentu*, sciat solitum esse scribi per duas ss, & sic enuntiari. atque has tres litteras semiuocales pleriq; tradiderūt. Verrio Flacco placet mutas esse, quoniam a mutis incipiant, vna à c, altera à d. quod si aliquos mouet, quod in semiuocalem desinant, *sciant*, inquit, ζ. *litteram sic scribi ab his, qui putant illam ex* C. *&* D *constare, vt sine muta finiatur.* Mihi videtur nec aliena sermoni fuisse, cum inueniatur in carmine Saliari, & esse aliud z aliud sigma, ξ σδ. nec eandem potestatem, nec eundem sonum esse si secundum diuersas dialectos, id est linguas, enuntientur. Dores enim dicere μελίσδειν, alios μελίζειν. Alij κεφαλὴν; alij ὄμματα, alij θάλαττα

dicunt,cum idem dicant.nam & ipsum παίζειν apud alios dicitur παισδειν nam idem est ζ & δ. sic quomodo non idem est σῖγμα & z? Denique si quis secundum naturam vult excutere hanc litteram,id est z,inueniet duplicem non esse, si modo illam aure sinceriore explorauerit. nam & simpliciter scripta aliter sonare potest; aliter geminata.quod omnino duplici litteræ nõ accidit,ne geminetur.Scribe enim per vnum z, & consule aurem,nõ erit ἄζηχας,quomodo ἄδεκας : sed geminatæ eædem ἀζζηχης quomodo ἄδδηκης.Et plane si quid superuenerit me dicente sonum huius litteræ,inueniet eundem tenorem quo cœperunt. Si quis φ aut ξ, nouissimum audiet s, ex prioribus litteris : vnde hæ duplices incipiũt,sonum nullum ex mutis euellunt.H littera tanquam sonus magis fit , quam littera,&accedens litteræ;& vtũtur auctoritate Græcorum , apud quos vt superuacua sublata est:fuisse tamen & apud illos manifestum est ex veteribus scriptis,& ex eo,quod hodie cũ apud illos numeri prima semper littera nominis quo significantur , notentur,vt δέκα,πεντήκοντα,ἑκατὸν notentur. Vnde apparet hanc litteram loco adspirationis non fuisse,alioquin per ε notaretur. Qui igitur illam litteram vindicant,ostendunt eam eiusdem esse,quæ cõsonantis est:nam & in metro asserit sibi hanc potestatem. Vnde & apud Homerum non videntur vitiosi versus, qui hac adspiratione suppleturi,ἢ ὀλίγον οἱ παῖ-

δα

δαὶ ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. Et hoc amplius, adeò littera est, vt possit videri etiam vicem duarū consonantiū implere, vt, ὡς εἰπὼν τόξον μὲν ἀπό ἑο θῆκε χαμᾶζε. Et talę quidem exemplum apud nos non animaduerti. Ceterum superioris similia multa, vt, *Ille latus niueum molli fultus hyacintho*. Accedit huic, quod si accedens littera esset, cum ipsa littera enuntiaretur. Nunc vero & ante vocalem & post vocalem sonat sic, quomodò alia est syllaba ca, alia ac; & alia ba, alia ab; sic alia ha, alia ah: nam quod ex H quoque existimant quidam colligi posse consonantem & adsignificantem, apparet ex eo, quod aut accedens, aut recedens immutat significationem; si quidem aliud est hira, aliud dira canam, exéplū: nã multa nomina, & contracta syllaba aliud significant & producta: quomodo aliud si producas pila, & corripias pila. & loco rursus transmutatus accentus, partes quoque orationis immutat, vt aliud est circum, aliud circùm: aliud ergo, aliud ergò. Illa igitur quæ superius dixi, valentius adspirationem hãc adserunt, vt loco litteræ habeantur. Hinc supersunt ex mutis K & C & Q de quib quæritur an scribentib. sint necessariæ. & qui K expellunt, notá dicunt esse magis quam litteram, qua significamus kalumniam, kaput, kalendas. hac eadem nomen Kato notatur. Non magis igitur in numero litterarum esse oportere; quam illam notam, qua centuria , & qua. Ɔ. conuersum, quo Caia significatur: quod notæ genus videmus in monimentis, cū quis libertus

NOTÆ AD SERVIVM IN AENEIDA VIRG.

LIB. I.

IN exponendis auctoribus hæc prius consideranda sunt: *Vita poetæ, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio, numerus librorum, ordo, explanatio. Virgilij hæc vita est: Patre Marone, matre Magia fuit)* Ita hic locus legitur in v.c. In quo, post illum versum, qui sic legitur, *Cum mihi se non ante oculis,* subnectuntur hæc: *Periit autem Tarenti Apuliæ ciuitate. nam dum Metapontum cupit videre, valitudinem ex solis ardore contraxit. Sepultus est autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipso compositum est distichon tale.*

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Nam Bucolicorum & Georgicorum alia ratio est, licet alia sit obseruatio) Ita v.c. & deinde: *Troia regio est Asiæ, Ilium ciuitas est Troiæ.* & paulo post; *Nam ecce hoc loco detraxit prouinciæ præpositionem, dicens, Italiam venit. Tullius in Verrinis &c.*

ACCINGVNT, *Studiose separant &c. Horatius, Altius ac nos præcinctis vnum.)* Ita legendum. & deinde: TERRASQVE IACENTES *&c. Vnde & bruta dicuntur.* videtur legendum, *dicitur* non *dicuntur.* nam infra de eadem re. *Vnde Horatius, & bruta tellus.*

NASCETVR &c. CÆSAR. *Hic est qui dictus est C. Iulius Cæsar. Caius prænomen est, Iulius nomen, ab Iulo: Cæsar &c.* Ita legendus hic locus, cum in aliis desit verbum, *nomen.*

LOCOS. *Et iocos, & loca dicimus &c. Simile est & iocus, nam & ioca facit & iocos: ut Sallustius: Iugurth. Ioca atque seria cum humillimis exercere. & Cicero, Quam multa ioca solent &c.)* Ita hic locus supplendus.

FASTIGIA. *Primordia, quia sit longam esse historiam &c.)* Videtur legendum, *quia scit longam esse historiam &c.* & paulo post, VESPER *&c.* legendum, *ut, δῆλος, Delus.*

Aurea composuit sponda, Dido aurea, etenim si ad spondam referas, non stat versus.) Ita interpungendus hic locus. deinde legendum: *Mantilia a manib. quomodo torale.* & paulo post: GEMINOSQVE TRIONES. *Triones sunt boves aratorij.* & paulo supra Horatij versus sic corrigendus: -- *Vngor olivo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.*

LIB. III.

VIRIDEMQVE AB HVMO CONVELLERE SILVAM. *Bene variat, ut nunc silvam, nunc vimina, nunc virgulta &c.)* Ita legendum. nam *numina,* pro, *vimina,* mendum est. & itē paulo post mendose legitur: *Unde & victos dicimus curvos per senectutem.* nam legendum est, *vietos.* deinde SACRA MARI COLITVR MEDIO &c. *Hæc enim est Diana, Iuno, Proserpina. Iuno* enim legendum, non *Luna.*

OLEARON. *Nam adiecit epithetum caussa varietatis.)* Videtur legendum, *Non adiecit epithetum &c.*

HÆC LOCA *ut etiam Sallustius dicit, Italiæ Siciliam coniunctam fuisse. Sed medium spatium, aut per*

humilitatem obrutum est, aut per angustiam stilum.] Ita videtur legendum ex Isidoro. nam, *obrutum*, vox est mendosa.

Vt Cicero in Verrinis, Q. Verrem Romulia. & non addidit, tribu.) Ita legendum. & paulo post. *vt Salustius: Italiæ plana & mollia.* nam sic est in v.c. & deinde, legendum: *Lacones & Messenij diu inter se bella tractarunt &c.*

LIBER IV.

LATEQVE FVRENTES BARCÆI. *Hi prope sunt a Carthagine.*) Videtur legendum: *Hi procul sunt a Carthagine.* & paulo post legendum: *Sic Plautus in Pyrgopolynice de muliere Polynice, Quid fortis, idest pulchra.* & deinde: *Sane Latine Atlas Telamon dicitur, sicut Nilus Melo.* item: *Olympus quasi ὁλολαμπὴς dictus est.*

INCOMITATA, *Quod ferale, idest mortiferum omne est.*] Videtur legendum: *idest mortiferum omen est:* & deinde scribendum: *Atlas vero mons maximus in Mauretania est.* in vulgatis deest vox, *mons.*

LIBER V.

SI NONA DIEM MORTALIBVS ALMVM. *Non de die qui certus est, dubitat &c. Vnde est, sedibus hunc refer ante suis.*) Ita legendus hic locus. & deinde supplendum: *Quod etiam Ouidius in* XV. *Metamorphoseos dixit, loquente Pythagora:*

Sunt qui cum clauso patefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

PVBES INPELLVNT. *Figura est: vt, Pars in frusta secant &c. Item inter solœcismum & schema, id est perfectam sermonum connexionem, figura est, &c.*) *Schema*, videtur legendũ, nõ, *phrasim*, ex Isid. li. I. c. 34.

APRICIS,

APRICIS, *sole gaudentibus &c. Apricum autem quasi ἀνδ ψυχους.*] Videtur legendum, ἄνευ φρίκης. & deinde PALMAS VTRASQVE *Diximus supra antiquum hoc esse. Carpinius tamen dicit etc. Carpinius*, legendum, nō *Carminius, de quo lib.* VI. *vt Varro & Carminius docent.* item: *Tria sunt secundum Carminium &c.* & Macrob. libro v. cap. 19.

DIXITQVE. *Vacat, que, metri causa, &c. Unde Terentianus: Nec tanta in metris venia conceditur vti, &c.*) Ita legendum, nam in vulgatis codicibus mendose, pro, *Terentianus*, citatur *Horatius.*

LIBER VI.

PRÆMISSVS ACHATES, *κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus.*) Ita legendum. nam verba, *id est taciturnitatem*, adiecta sunt ab expositoribus ad *Græcas dictiones* κατὰ τὸ σιωπώμενον. Deinde legendū, ACHERONTE REFVSO. *Acherō fluuius dicitur inferorum, quasi sine gaudio: sed constat locum esse haud longe a Bays, &c.*

LATET ARBORE OPACA AVREVS. *Licet de hoc ramo &c. Tiberianus: Aurum quo pretio reserantur limina Ditis &c.*) Ita legendum, cum in aliis desit vox, *aurum.*

SEDIBVS HVNC REFER ANTE SVIS. *Apud maiores &c. Ergo nunc secundū istum locutus est morem.* Ita legendum. & deinde, IMMITTIT APRICIS, *Quasi ἄνευ φρίκους &c.* & paulo post: ADSIMILVS. AD *vacat & a maioribus ad ornatum adhibebatur. Horatius: Qua populus adsita certis limitibus vicina refugit iurgia.*

VENDIDIT HIC AVRO PATRIAM, *Etiā hæc*

licet generaliter dicantur, habent tamen specialitatem. Nam Lasthenes Olynthum Philippo vendidit. Curio Cæsari XXVII HS. *Romam.*) Ita videtur legendus hic locus.

LIBER VII.

ACCISIS *&c. & hoc est apud nos* AC, *quod apud Græcos* ἄμφι) Legendum: *& hoc est apud nos, an, quod &c.* & deinde scribendum: CONDVNTVR *&c. Conduntur ergo, sedem stabilem locant. Sallustius: Peste conditos orbis terrarum &c.* sub principium vero libri ad illum versum POSTQVAM ALTA QVIERVNT. Videndum an recte legatur, *Hebrus* QVIERANT *legit.* sed, *Hebrus* nomen, non caret suspicione.

LIBER VIII.

DAPES *Epulæ deorum propriæ, vt Iouis cœna.*) Videndum an rectius sit *vt Iouis Epulum.* & de Epulo Iouis videnda quæ notauimus ad Kalendarium Rusticum in mense Nouembri.

LIQVIDO ELECTRO, *Puro &c. quas partes etiam si naturam resoluas, inuenies*) Fortasse legendum: *si naturale.* nam ita est in v.c. & deinde scribendum: *Electri autem natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emittit, & varios ob Iridis similitudinem reddit colores &c.* nam mendose in vulgatis codicibus legitur, *ad dissimilitudinem.*

LEMNIVS. *Quia in Lemnum insulam &c quod fulmina* de imo *aere nascuntur &c.*) Ita legẽdus hic locus. & paulo supra vbi habetur: TENACI FORCIPE. *Nam firunum est calidum &c.* scribendum: *Nam firmum est calidum &c.* Festus, Velius Longus, & alij. Sub finem libri, ad illud

DISCINCTOS legendum. *Vt contra præcinctos, strenuos dicimus . Horatius, Altius ac nos præcinctis vnum.*

LIB. IX.

VOLSCENTEN PETIT : *Appetit. Petitiones &c. Vnde Cicero: Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur &c. & vt aiunt corpore effugi.*) Ita legendus hic locus. nam est ex oratione in Catilinam.

ET STATVAM ANTE ARAS &c. *Nam Ioui de tauro non immolabatur, vt etiam in tertio diximus, nisi cum triumphi nomine sue oue tauro fiebat.*) Ita legendum. nam *sue vel oue*, mendose habetur in vulgatis codicibus. Notauimus autem supra, *Suouetaurilia* scribi cum in veteribus libris, tum in lapidum monumentis, non, *Solitaurilia.*

NVMEROSQ. INTENDERE NERVIS, *Rythmos facere intentione neruorum : Nam numeri sunt rythmi*) Ita legendum. nam in vulgatis libris mẽdose legitur: *Nam nunc sunt rythmi.*

LIB. X.

COMETÆ SANGVINEI &c. *Et Stoici dicunt has stellas esse vltra triginta duas : quarum nomina & effectus Abienus, qui iam bis scripsit Virgilij fabulas, memorat.*) Videtur legendum: *Qui iambicis scripsit &c.* ex loco inferiore ad versum PHOETI DE GENTE VETVSTA ANCHEMOLVM, vbi sic habetur: *Hæc fabula nusquam inuenitur in Auctoribus. Abienus tamen, qui totum Virgilium & Liuium iambicis scripsit, &c.* & fortasse Auienus vtroque loco scribendum est, si Sex. Auienus Rufus designatur. paulo post mendose legitur, *Varro & Ta-*

cenus, pro, *Varro Atacinus*.

LIBER XI.

GENERVMQVE ASCIVERIT VRBI. *propter urbem. Lucanus de Catone: urbi pater est, urbique maritus. Gener autem ideo dicitur, quia ad augendum genus adhibetur.*) Ita legendus hic locus: nam in vulgatis codicibus mendosus est.

NEQVE ENIM NOVVS ISTE DIANÆ *etc. Terentius: Per amicitiam, quæ incepta a paruulo cum ætate adcreuit simul. Iuuenalis &c.*] Ita legendum. & deinde: *Persius: Vt ramale vetus prægrandi subere coctum &c.* Item: *Namque ubique dux præcipit ut frequentes circa signa sint milites.* ita legendum.

LIBER XII.

REGIQVE IVBET RESPONSA LATINO *&c. Nam supra Turnus tantum dixerat; Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno.*) Ita legendum. & deinde: AN VIRIBVS ÆQVIS NON SVMVS *&c. Nam legimus in Sallustio: Memorare possum quibus in locis populus Romanus ingentes hostium copias parua manu fuderit &c.*

SACER OLEASTER *&c. Nam superfluam quidam volunt facere descriptionem, ut hæc buxus de arbore dicamus: buxum vero de ligno composito.*) Videtur legendum *discretionem*, non, *descriptionem*: *nam ita postulat sententia.*

VELIVS

VELIVS LONGVS DE ORTHOGRAPHIA.

NEcessarium arbitror de orthographia sermonem instituēti, a litterarū potestate initium facere. Primum igitur definitio litteræ varia fuit apud plerosq;: Alii enim sic definierūt: Littera est initium vocis explanatæ. Alij sic: Littera est initium vocis significantis. Alij: Littera est minima pars orationis: Et verbum est, & coniunctio, & præpositio. hoc improbantes alij dixerunt: Littera est initium scriptilis vocis. Excluserunt autem omnes illam definitionem, qua quidam dixerunt, litteram esse initiū vocis significantis: Ideo, quoniam quædam voces scribi possunt, quamuis nihil significent. Sicuti cum dicimus tit, tir: nam hoc scribi potest; nihil vero significat. Verius est illud, initium scriptilis vocis, aut initium vocis explanatæ. Quidam vero omnes litteras vocales esse dixerunt, arbitrantes nullam magis minusue necessariam esse: & quia omnes litteræ voces explanant. Alij dixerunt omnes esse cōsonantes, quoniam in Catone scribendo non minus sonet A quam c littera cum a. Scimus tamen subtiliorē esse factam diuisionem: vt vocales illæ quidem dicerentur, sine quibus syllaba fieri non possit. Ceteræ, consonantes, quæ cum his sonent: nam nihil mutatur in syllaba. Inuenti sunt tamen, qui & sine vocali putent posse syllabā fieri. nam animaduertimus apud Comicos, s & t, pariter scriptas litteras, vt apud Terentium in Phorm. *Non is obsecro es, quem semper te esse di-*

Eiuasti? Ch. *st.* So. *Quid has metuis fores?* hoc s & t pariter, renuntiat silentium. Sed scilicet si hoc sectentur, possent etiam plerasque consonantes, & omnes semiuocales pro syllabis ponere. nam apud Luciliũ in ix. in quo de litteris disputat) omnes vicem syllabarũ implent, cũ dicit *a re non multum abest hoc cacosyntheton, atque canina si sibi lingua dico, nihil ad me; nomen hoc illi est.* Item, *s nostrũ, & semigraece quod dicimus sigma, nihil erroris habet.* Apparet ergo hæc nihil aliud, quam locũ syllabæ tenere: nec tamen syllabam scilicet esse. Non ergo accedendum est iis, qui putant sine vocali syllabam, vt etiam significationem vocis terminent; quoniam silentium denuntient: & errant. Nam & x significat aliquid (sic enim vocamus) neque tamen ideo syllaba, aut lexis est. & hæc ipsa constat ex c, & s: nec ideo & illam quisquam syllabam dixit, sed duplicem litteram. Deinde quid, quod & voces non simplices, habent tamen significationem, quamuis scribi nõ possint? nam & digitorum sono pueros ad respondendum ciemus.

INCIPIAMVS nunc de litterarum potestate differere: ac primo, eadem est nostrarum potestas vocalium, quæ sunt Græcorum apud antiquos circa correptionem productionemque: siquidem apud illos quinque tantum fuere vocales, A E I O V: atq; hæ similiter producebãtur corripiebãturque sicut hodieque A, I, V, quæ appellantur apud illos κοιναί. Postea vt quidam putant, Simonides inuenit duas vocales, quas dixit φύσει μακρὰς, η. & ω. vt essent ἀντίστοιχα

τῷ ἐχτῷ ο, vt quomodo hæ litteræ longę dicerentur η & ω ita & illæ breues natura. quin etiam ſecundum naturam magis apud nos quinque litteras efferri quam apud Græcos non eſt dubium, ſi quis aures habet. Vocales enim eædem ſunt & litteræ & ſyllabæ, non ſicuti ceteræ. Cum enim dicimus ἄλφα, A in priore litteram, in ſequente ſyllabam dicimus. Ex his vocalibus quæ apud nos ſunt duæ litteræ & vocalium vim & conſonantiū obtinent, v & I. Quomodo autem diſcerni poſſint in hac duplici poteſtate, breuiter explicabimus. Conſtant omnes ſyllabæ ſpiritu conſonantis: item acceſſionis loco eſſe, vt immutatis illis, nihil e natura ſyllabæ mutetur. ſicut nihil intereſt, vtrum ſa dicam ſa, an ba: ſic nihil intereſt an etiam dicam & va. cum duæ vocales ſint iunctæ, vtique longa ſyllaba atque adeo conſonans eſt, vt in metro idem præſtet. cum enim lego: *& iacit arrecta mentem, ſtupefactoque corda*. fit primus pes dactylus: & iacit, proinde ac ſi immutata hac ipſa, impoſitaque pro ea alia conſonante, dicerem, *& facit*. Illud ſane animaduertendum hanc eandem litteram, nonnunquam pro duabus conſonantibus ſonare, ſi modo ſequente vocali interiecta ſit. *Iam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi.* Nam *iam vitu* dactylus eſt, quoniam prima ſyllaba longa eſt poſitione: conſonanti enim terminatam M, excipitur v littera, quæ pro cōnſonanti poſita eſt ibi. quanquam ſi cum littera I confuſa eſt v, vicem conſonantis habet, cum dico, *arma*

virum

virumque cano, & *quisquis es armatus* ; ideo, quoniam & ante diximus , nunquam duas vocales coire, vt non longam syllabam faciant, vt in eo quod est *quæ manifesta breuitas est. Ideoque in hoc pede, *Quisquis es*, nemo dubitabit, quin dactylus sit. cuius prima syllaba longa est. Verrio Flacco videtur eandē esse apud nos v litterā, quę apud Græcos υ. nāque his exemplis argumētatur: quod illi dicunt cyminū nos cuminum: quā illi κυπάρισσον, nos cupressum: illi κυβερνήτην, nos gubernatorem, nec non ex eiusmodi Theseus, Mœneceus, Peleus, & similibus adfirmat. Græcorum vero qui de antiquis litteris scripserunt commentaria, item Latinorum qui illos secuti sunt, eadē littera veteres solitos scribere ostendunt, μακρός μακροῦ μακρῷ , & confusas fuisse ο & ω apud nos quoque, antiqui ostendunt, quia æque confusas o & v litteras habuere: nam Consol scribebant per o, cum legeretur per v consul. Vnde in multis etiam nominibus variæ sunt scripturæ , vt fontes, funtes; frondes, frundes. I vero littera interdum exilis est, interdum pinguis: vt in eo quod est, prodit, vincit, condit, exilius volo sonare : in eo vero quod significatur prodire, vincire, cōdire, æque vsque pinguescit. vt iam in ambiguitatem cadat, vtrum per i quædam habeant dici, an per v: vt est optumus, maxumus. in quibus adnotandum, antiquum sermonem plenioris sonus fuisse, &, vt ait Cicero , rusticanum : atque illis fere placuisse per v talia scribere & enuntiare. Errauere

autem

autem Grammatici, qui putauerunt, superlatiua per v enunciari. vt enim concedamus illis in optimo, in maximo, in pulcherrimo, in iustissimo, quid facient in his nominibus, in quibus æque manet eadem quæstio, superlatione sublata, manubiæ an manibiæ; libido an lubido? Nos vero postquàm exilitas sermonis delectare cœpit, vsque i littera castigauimus illam pinguitudinem: non tamen vt plene i litteram enunciaremus. Et cõtendant quosdam alia nomina per v scribere, qui antiquorum voluntates sequuntur: Nec tamen sic enuntient, quomodo scribant. Nam ex semiuocalibus excludunt quidam litteram x; ea scilicet ratione, qua antiqui nostri repudiauerunt id quod apud Græcos est υ: nam z lingua Latina non agnoscit,, ideoque nec mentio illius vnquam fuit, nisi primo postquã peregrina nomina hunc sonum induxerunt. quod si cui nomẽ videtur *Μέζεντι*, sciat solitum esse scribi per duas ss, & sic enuntiari. atque has tres litteras semiuocales pleriq; tradiderũt. Verrio Flacco placet mutas esse, quoniam a mutis incipiant, vna à c, altera à d. quod si aliquos mouet, quod in semiuocalem desinant, *sciant*, inquit, *ζ. litteram sic scribi ab his, qui putant illam ex* c. *&* d *constare, vt sine muta finiatur*. Mihi videtur nec aliena sermoni fuisse, cum inueniatur in carmine Saliari, & esse aliud z aliud sigma, ζ σδ. nec eandem potestatem, nec eundem sonum esse si secundum diuersas dialectos, id est linguas, enuntientur. Dores enim dicere μελίσδειν, alios μελίζειν. Alij κεφαλὴν; alij ὄμματα, alij θάλαττα

δαὶ ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. Et hoc amplius, adeo littera est, vt possit videri etiam vicem duarũ consonantiũ implere, vt, ὡς εἰπὼν τόξον μὲν ἀπὸ ἕο θῆκε χαμᾶζε. Et talę quidem exemplum apud nos non animaduerti. Ceterum superioris similia multa, vt, *Ille latus niueum molli fultus hyacintho*. Accedit huic, quod si accedens littera esset, cum ipsa littera enuntiaretur. Nunc vero & ante vocalem & post vocalem sonat sic, quomodo alia est syllaba ca, alia ac; & alia ba; alia ab; sic alia ha, alia ah: nam quod ex H quoque existimant quidam colligi posse consonantem & adsignificantem, apparet ex eo, quod aut accedens, aut recedens immutat significationem; si quidem aliud est hira, aliud dira canam, exẽplũ: nã multa nomina, & contracta syllaba aliud significant & producta: quomodo aliud si producas pila, & corripias pila. & loco rursus transmutatus accentus, partes quoque orationis immutat, vt aliud est circum, aliud circùm: aliud ergo, aliud ergò. Illa igitur quæ superius dixi, valentius adspirationem hãc adferunt, vt loco litteræ habeantur. Hinc supersunt ex mutis K & C & Q de quib quæritur an scribentib. sint necessariæ. & qui K expellunt, notã dicunt esse magis quam litteram, qua significamus kalumniam, kaput, kalendas. hac eadem nomen Kato notatur. Non magis igitur in numero litterarum esse oportere; quam illam notam, qua centuria, & qua. ↄ. conuersum, quo Caia significatur: quod notæ genus videmus in monimentis. cũ quis libertus

mulieris oſtēditur. Caias enim generaliter priſci has omnes mulieres accipere voluerunt. At qui illā eſſe litteram definiunt, neceſſariam putātes nominibus, quæ cum A ſonāte hāc litteram inchoant: Vnde etiam religioſi quidam epiſtolis ſubſcribunt Kariſſime per K & A. Quod ſi adeo neceſſariæ videntur, verendum eſt ne & alias litteras requiramus, quibus aut Cicero ſcribatur, aut commodus. De Q. littera quæſitum eſt, & multi illam excluſerunt, quoniam nihil aliud ſit quam c & u. & non minus poſſit ſcribi Quis per c & v & i & s. nam ipſa quoque nota qua ſcribitur, ſi modo antiquam litteræ figurā ſpecies oſtendit c eſſe & v pariter litteras in ſe confuſas. Ideoque nonnulli, quis & quæ, & quid per Q & i & s ſcripſerunt, & per Q A E, & per Q I D, quoniam ſcilicet in Q eſſet c & v. Et de hoc quidem in poſterioribus, vbi loquendum de orthographia, dicemus. Nunc ad quæſtiones quæ incidunt in rationem ſcribendi, tranſeundum eſt. Ingredienti mihi rationem ſcribendi occurrit ſtatim ita quoſdam cenſuiſſe eſſe ſcribendum vt loquimur, & audimus: nam ita ſane ſe habet nonnunquam forma enūtiandi, vt litteræ in ipſa ſcriptione poſitæ, audiantur enuntiatæ. ſic enim cum dicitur, illum ego, & omnium optimum, illum & omnium æque terminant: nec tamen ex enūtiatione apparet, cum dicimus, hic eſt ille, vnum c ſcribimus, & duo audimus: quod apparet in metro, nam: *Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes eripis*, ſi vnum c hanc ſyllabam exciperet,

ret,acephalus eſſet verſus, nec poſſet a lõga ſyllaba incipere, quæ eſt in heroico metro neceſſaria.ergo ſcribendum eſt per duo,c, *Hoc erat alma parens*,aut cõfitendũ quædam aliter ſcribi, aliter enũtiari:nam quibuſdã litteris deficimus, quas tamen ſonus enuntiationis arceſſit:vt cum dicimus virtutem;& virum fortem conſulẽ Scipionem eſſe,periiſſe fere ad aures peregrinam litterã inuenies. & in plerisque Cicero videtur auditu emenſus ſcriptionem,qui & Aijacem & Maijam per duo ij ſcribenda exiſtimauit : quoniam vnum eſſe animaduertunt. Siquidem poteſt & per vnum i enuntiari, vt ſcriptum ſit. Vnde illud preſſius & plenius ſonet, per duo i ſcribi oportere exiſtimat. Sic & Troiam & ſi qua talia ſunt.Inde creſcit iſta geminatio, & incipit per tria ſcribi cõiiicit,vt prima ſyllaba ſit communis,ſequentes duo iicit:nam ſi eſt aliud, iacit,pro A,i ſubſtituitur, vt vocalis obtineat manente priore i quæ conſonantis vicem implebat. At qui Troiam & Maiam per vnum i ſcribunt,negant onerandam pluribus litteris ſcriptionem,cum ſonus ipſe ſufficiat : hanc enim naturam eſſe quarundam litterarum,vt morentur,& ennntiatione ſonum detineant, quod accidit & in eo quod dicimus,hic eſt;cum ipſa vaſtitas litteræ in enuntiatione pingueſcat : atque ipſa natura i litteræ eſt, vt interiecta vocalibus latius enuntietur,dum & prior illam adſerit,& ſequens ſibi vindicat. & cum appareat per vnum i Troiam ſcribi apud Græcos,& Maiam, non eſt nobis altera i neceſſaria; cum in nomi-

ne non ſcriptio immutetur, ſed ſola enunciatio. Sic apud illos Myia per vnum i ſcribitur, item *αἴθυια*. licet repugnent Græci, quo minus hæc littera in vnitatem cum aliqua vocali veniat, vt vnam ſyllabam faciant, velintque *μυῖαν*, *αἴθυιαν* triſyllaba nomina eſſe: vincet tamen illo natura teſte præclaro, qui ait, *υἱός θ' υἱωνός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔθεντο*, ni ſi hic verſus a duobus anapæſtis incipit, quod nullo modo poteſt fieri: ſed quotiens, vt ſupra diximus, duabus vocalibus interiecta hæc littera eſt, duarum conſonantium obtinet vicem. ſic non erit acephalus verſus: *Thyias vbi audito trepidant Trieterica Baccho.* &, *Troiaque nunc ſtares.* &, *Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe.* Nam nec Attium ſecuti ſumus, ſemper vocales geminantem, vbicunque producitur ſyllaba, quoniam expedita debet eſſe conditio ſcribendi. Hic quæritur etiam an per E & I, quædam debeant ſcribi ſecundum conſuetudinem Græcam. nonnulli enim ea quæ producerentur, ſic ſcripſerunt. Alij contenti fuerunt huic productioni I longã aut notam dediſſe. Alij vero, quorum eſt item Lucilius, varie ſcriptitauerunt: ſiquidem in his quæ producerentur, alia per I longam, alia per E & I notauerunt, videlicet vt differentia quadam ſeparantes: vt cum diceremus, viri ſi eſſent plures, per E & I ſcriberemus: ſi vero eſſet vnus, viri per I notaremus. & Lucilius in ix. *Iam puerei venere, e poſtremum facito, atque i Vt plures faciant: i, ſi facis ſolum pupilli. Hoc pueri vnius*

nius

nius fiet. Item *illi factum'est, vni tenue hoc facies* I. *Hæc illei fecere, adde,* E, *vt pinguius faciat.* Idemque *pesia*, quibus milites vtuntur, per E & I ſcribenda exiſtimat. at pila in qua pinſatur, per I. hoc mihi videtur ſuperuacaneæ eſſe obſeruationis. Nam ſi omnino in ſcribendo diſcernenda caſuum numerorumque ambiguitas eſt, quid faciemus in his nominibus, quorum ſcriptio diſcrimen non admittit? vt deſſedes, nubes, cum & vna & plures eodem modo dicãur, & ſcribantur? quid cum dicimus geſtus, fluctus, portus, cum & genitiuus ſingularis, & nominatiuus, & accuſatiuus, & vocatiuus pluralis eodem modo ſcribantur? Quid denique in his, quæ ambiguitatem habent inter nomina & verba, rotas, rotat; feras, ferat. Nam cum hæ rotæ tam rotas faciant, quam roto, rotas, rotat; & fero, feras, ferat: ſic nec aliter ſcribitur amor: & ex nomine facit amoris, & ex verbo amaris. ſatis ergo collectũ, quædam per E & I non debere ſcribi, ſed tantum per I, cum apud Græcos quoque ex veteri illa cõſuetudine inueniãtur nomina quæ per I ſcribantur, quamuis producte enuntientur. Quæritur item Iulij & Claudij & Cornelij, vtrum per vnum I producte, an per duo debeat ſcribi. & ratio exigit, vt huius Iulij per duo ij ſcribamus, tam hercule, quam huius pallij, & huius graphij. Non enim tantum in maſculinis, hoc quæritur, ſed etiam in neutris, quoniam id poſtulat ratio. Nam quæcunque o littera datiuo ſingulari terminantur, o in i mutant, manẽtibus ceteris litteris, & ſic ge-

nitiuuum faciunt, vt maximo maximi, candido, candidi. Sic ergo in Iulio nihil aliud quam o, debet mutari, & in pallio: atque vt fiat Iulij & pallij, æque hanc eandem seruare debemus rationem in nominatiuis pluralibus, etiam si pauciores habent syllabas in nominatiuo singulari. Sed quoniam inuenimus & nominatiuum pluralem & datiuum eiusdem numeri esse, vt i littera terminatus nominatiuus, assumpta, s, faciat datiuum; detracta redeat rursus ad nominatiuum: vt in eo quod est boni bonis, mali malis, docti doctis: sic rursus e contrario Iuliis & Claudiis si detraxeris s, relinquetur Iulij & Claudij. Illud etiam adnotandum circa i litteram est, quod ea quæ nos per A E, antiqui per A I scriptitauerunt, Iuliai Claudiai. Sed quidam in hac quoque scriptione voluerunt esse differentiam: vt pluralis quidem numeri nominatiuus casus per A & E scribatur, genitiuus vero singularis per A & I: hoc quoque argumentantes, quod diæresis, siue dialepsis illa diceretur, a nominatiuo plurali non sit, sed ex singulari obliquo, cum dicitur *aulai in medio. & diues equum, diues pictai vestis, & auri.* Item, *rei nostrai, faciendai, magnai.* Sed scilicet nihil obstat quo minus hoc, aut illo modo scribamus in vtroque numero. cum multa alia quoque nobis excogitanda sint, si velimus diuersitates scriptionis, ambiguitatem casuum, numerorumque discernere. Transeamus nunc ad v litteram. ac plerisque superiorum in primitiuis & adoptiuis ista nomina per v & o scripta sunt, scilicet quia sciebant vocales inter se ita confundi

fundi non poſſe, vt vnam ſyllabam non faciant. Apparetque eos hoc genus nominum aliter ſcripſiſſe, aliter enuntiaſſe. Nam cum per o ſcriberent, per u tamen enuntiabant: ſed ratio illos præſumpta decepit: ante enim reſpicere debebant, an hæ duæ vocales eſſent. ſed cum in ſuperiore diſputatione demonſtrauerimus v toties conſonantis vim habere, quotiens pro eo ponitur, quod apud Græcos dicitur digamma, nihil vetat hic quoque tantum ſpeciem litteræ animaduertere; ſed tamen aliam poteſtatem ſi ſit nominatiuus, duas quoque v litteras habebit, ſed priorem pro conſonante, poſteriorem pro vocali s poſitam: atque ab eiſdem æquus per v & o ſcriptus eſt. Et quæritur vtrum per vnum, an per duo debeat ſcribi. Et priuſquam de hoc loquamur, v litteram digamma eſſe, interdum non tantum in his debemus animaduertere, in quibus ſonat cum aliqua aſpiratione, vt in valente, & vitulo, & primitiuo, & genitiuo, ſed etiam in his quibus confuſa hæc littera eſt in eo quod eſt, quis. nam ſi omnino hæc vocalis eſt v, proculdubio hæc ſyllaba longa eſſet: quoniam nunquam duæ vocales conueniunt, niſi vt longam ſyllabam faciant. Vnde & in æquo v pro conſonante poſita erit. & auribus quidem ſufficiebat, vt æquus per vnum u ſcriberetur; ratio tamen duo exigit. nam cum ſit genitiuo caſu æqui, datiuo æquo, atque nouiſſimo vocalis declinationis differentia faciat, nullam mutationem recipientibus cõſonantibus, neceſſariũ eſt vt æquus quoque ſaluam habeat conſonan-

tem, quæ in æquo, & primo illud v habeat: vt adsumpta i faciat nominatiuum pluralem. Animaduertimus tamen, quibusdam partib. orationis v litteram vitiose insertam, vt in eo quod est vrguere: itaque testis in vtroque Virgilius, qui ait, *quibusue vrgentur pœnis.* sine v item: *Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.* nam cur minus vnguo debeat dici, apparet ex eo, quod nullum verbum v o terminatum, siue solutum, non eandem v seruare in præterito, vt voluo volui, eruo erui, & vngo vnxi facit, quomodo pingo pinxi, fingo finxi. & tamen in nomine quod hinc fingitur, sic insertum rursus vel agnoscitur, vt euelli non possit. vt apud eundem Virgilium: *& pingueis vnguine ceras.* sed consuetudine vsurpatur vnguentum. idem accidit & in hircis, quos antiqui hirquos dicebant. nam quamuis in vno *hirquos* litteram i non interponamus, in enuntiatione tamen videmus remanere in deriuatione nominis, quod hinc tractatum est, vt eos qui sunt in adulta ætate hirquitallos vocemus. In antico videmus locum litteram habere, & in postico non habere: nam & anticum ab eo quod est ante, quod apparet ex scriptione temporum.

Nvnc ad præpositionem transeamus, atque incipiemus ab illa, quam Cicero in Oratore adnotauit. Varia enim consuetudo in æquo est Ab & A, & Abs, & Au: vt cum dicimus a me, deinde ab illo, deinde abstulit. deinde aufert. Quod sane tātū in duobus verbis vsurpatū est, aufert & aufugit. Adiicit: his præpositionibus & illam, quæ scribitur

ſcribitur per b litteram, quam ab antiquis vſitatam ait, maxime in rationibus, & in accepti tabulis: nam quotiens acceptam pecuniam referebant. non dicebant a Longo, ſed ab Longo. & ait religionem hanc ſcribendi apud pauciſſimos remanſiſſe ſæculo ſuo. antiquos ſcimus & abs te dixiſſe: nos contenti ſumus a te dicere. Scimus ipſos & ab Lucilio dixiſſe. nos obſeruamus, vt præponatur his nominibus, quæ a vocali incipiunt: vt cum dicimus ab olympo. Abſumitur autem hæc b. littera, quotiens nomina a conſonanti incipiuntur, vt a Romulo. Si quis itaque quæſierit, quare non ab Iunone dicamus, ſed a Iunone, meminerit hic litteram i pro conſonanti poſitam: de qua latius & ſupra diſputauimus. Abſq; vero, neque nominibus, neque his partibus orationis, cum quibus in confuſione non venit, adiungitur: abs te enim, duæ partes orationis ſunt. ſcilicet verbis cũ quibusdam vnitate conſenſit, vt abſtinet, abſcõdit. hęc enim pars orationis compoſita eſt: & quoniã & accondit habet, & abſcondit durius ſonabat, interuenit p littera quæ exornaret auditũ. de qua ſcriptione illud quæritur, vtrum per p, an per b & s debeat ſcribi. quoniã ea quæ apud nos t litterã ſonant, putant plerique per p & s ſcribẽda, quoniam & Græci pronuntiauerunt per χ litteram cõſtare ἐκ τοῦ πίονος. Sed qui origini verborũ propiores ſunt, verbũ ſcribunt, & in eo quod eſt appello, quod alterũ ſit naue appellẽtis, aliud verbi cauſa, pecuniam appellãtis. Videmus autẽ prope in omnibus verbis, quæ a p littera incipiunt

piunt

piunt, hanc præpositionem cogi, vt B littera omissa P geminet, vt ab eo quod est paret, apparet: & in eo quod est ponit, opponit; & pungit, oppungit: sic in his partibus orationis quæ incipiunt a littera C, non facile potest hac præpositione admota sonare D littera. Hæc similiter littera geminatur, in eo quod est capio, accipio: itaque Lucilius, — *Atque accurrere scribas*

D ne an T non est quod quæras, atque labores. Ille quidem non putauit interesse scripturæ. Sed scilicet si sonus cōsulitur, interest aurium, vt T potius quam D scribatur. Vt si quis in his quærat vocibus, quæ incipiunt a littera T, merito indifferēter scribant, attineat, attentus, attentas: quoniā vtralibet littera scripta eundem auribus sonum reddunt. Nec minus ea quę a G littera incipiunt variant huiusmodi enuntiationis præpositionē. Est etiam vbi necesse est hanc D litteram interire, nulla alia substituta, vt in eo quod est aspicio, ascendo. A T, vbicunque T littera scribitur, nec in vnitatem venit cum alia parte orationis, sine dubitatione vicem alterius partis orationis ostendit: & est coniunctio disiunctiua, ita vt Persius: *At te nocturnis iuuat impallescere chartis.* quod si erit præscriptum A D, non tantum orthographia peccauit, sed etiam significatio errauit. Est etiam vbi transeat D in L. si ab hac eadem littera vox sequens incipiat, vt est alligere: nec semper tamen, quoniam dicimus adluere, & adloqui, & alibi. Abbire etiam quidam geminata B maluerunt & dicere & scribere, vt intermissa D: & in hoc nullam differentiam putat esse Lucilius, qui

lius, qui ait, *an libri multum est* D *sine, an* B *habet.* Ex præpositio habet obseruationem in qua interdum interit x littera, vt in eo quod est, ebibit, enunciauit, emouit, nec tamen possis ita definire, vt dicas tunc hanc litteram interire, quoties sequens vox incipit à consonanti: hoc enim arguit ipsa loquendi consuetudo, cum dicimus excellere, extollere, & exquirere. In eo quod est expectatum, duplicem scriptionem quidam esse voluerunt, vt quotiens cum verbo, quod est expecto, præposita hæc pars orationis fuerit, E & x littera contenta sit. quotiens autem cum verbo quod est specto ludos, necessaria esse, s, littera insertior sit: vt in ipsa quoque scriptione ambiguitas deducatur, eius quod est expectare illũ volo, & spectare mihi placet. Verum vno modo vtrũque scribi licet. nec timere eam ambiguitatem, quæ est multis verbis familiarissima. Cum in hac littera x etiã s posita sit & composita. Transeamus nũc ad aliã prepositionẽ. O B præpositio interdum ponitur plena, vt est obire, obarare; interdum ad eã litteram transit, a qua sequens vox incipit, vt est. offusit. omminauit. Ité si P sequatur, vt opposuit. Similiter quidam & in eo quod est obstitit P seruare maluerunt, quia hæc littera semiuocali confusa, eius litteræ sonum exprimit, quæ est apud Græcos ψ. atque hanc illi duplicem constare dicunt ex P & S. Huic similis est & Sub præpositio, quæ interdũ B litteram seruat, vt in eo quod est subdit; interdum mutatur, vt supra dixi, in eam litteram a qua sequens incipit. Verum vt in eo quod est sufficit, suffodit; &

in eo quod est summouit, sumministrauit atque in eo quod est suppoluit, atque animaduertimus in semiuocalem transire, vt in eo quod est sustulit. & suscepit: nec non variat significationem, geminam enuntiationem litteræ sequentem vocem inchoantis, vt est suscipere: aliud est enim amicū suscipere, aliud aquam succipere. At in præpositione DE, minimum est obseruationis quantum ad orthographiam, non quod ad significationem pertineat. plena enim in compositionibus ponitur, vt deducere, depellere, domonstrare, destruere. Nam si quando E in I litteram transit, ab alia præpositione originem ducit: Cum enim dicimus dimouit, vt est, *dimouit obstantes propinquas*. &, *tua terris dita fama.* iam non est ad præpositionem, sed veritatem quandam amplectitur vocis. In hac tamen DE præpositione; quam dixi plenam præponi, animaduertendum illud, quod imminuitur, si quando sequens vox aliter incipit. vt est deerrare, deesse. qua enuntiatione sufficit ipsa productio. Et quatenus incidimus in mentionem præpositionis Dis, adnotabimus, & illā plenam præscribi ceteris, nisi his partibus orationis, quæ incipiunt a littera M: vt dimouit, aut N, vt dinoscit: aut L, vt diluit, aut b, vt dibucinat, aut g, vt digerit, aut si à D littera incipit, vt didi-dit, quomodo Virgilius, *tua terris didita fama*: aut in F litteram transit, si ab hac eadem sequens vox incipiat: vt diffudit. Per vero præpositio omnibus integra præponitur, nisi cum incidit in L litteram ad finem consonantem, quam ele-

gan-

gantioris sermonis viri geminare magis voluerunt, quam R litteram exprimere, vt compellabor malint dicere quam compelabor, nec aliter apud Lucilium legitur. *In præpositione per L liciendo, quod est inducendo, geminat L. pellicere malunt quam perlicere.* Vnde & apud Virgilium non aliter legimus *pelacis Vlyssi* : & a perluendo perluis; & apud antiquos trisyllabum pelluis, quæ nunc in synæresi peluis dicitur. Quatenus præpositiones prosequimur, non alienum est, RE, quoque præpositionem notare, vel ideo, quia non contenta quibusdã partibus orationis plena præponi, D litterã adsumit : vt in eo quod est redis, & redolere, quia duæ vocales in concursu hiabant. Sed interdum hæc D littera geminatur, quotiens ab eadem littera sequens vox incipit, nec tamen semper : si quidem reddere dicimus geminata D : renouare simplici vtimur. Vnde adnotanda imperitia eorum, qui sic redducere geminata D littera volunt enũtiare, quasi reddere: tanquam necesse sit, totiens eam duplicem esse, quotiens sequens vox ab eadem littera incipit. TRANS quoque præpositio nonnullam habet obseruationem, nã interdũ plena est, vt transtulit: interdũ minuitur, vt traijcit; traduxit: nec non ab aliis plene ponitur, ab aliis lenitatem intuentibus minuitur : vt in eo quod est, transmisit, & tramisit. alij transposuit, alij traposuit : quæ obseruatio orthographiæ mixta est s ὀρθοεπείαι: quæritur etiam si habet destructionem suam, tamen huic quæstioni familiariter implicata est. in ὀρθοεπείᾳ enim quid

decentius sit, & quid lenius quæritur, nec laborat ille qui scribit, cum id quod dicatur χ[illegible]ςάλον ἐν ὀρθογραφίᾳ, eo scrupulosior quæstio est, quod nonnunquam vnus sonus est, aut perexigua suspicione diuersus: Interim quæritur scriptio: vt cum dico eiecit, & alius per vnam i litteram scribit, alius per duas: cuius iam mentionem fecimus, cum de litterarum potestate loqueremur. quapropter supersedendum existimo. Nec minus de v littera locuti sumus, quam interdum vicem consonantis retinere diximus, vt cũ scribimus vultũ: & geminata v diuersa potestate ponitur. sic rursus cũ scribitur nominatiuus, genitiuus, & omnes deinde casus. item primitiuus, & si qua his nomina similia sunt, eandẽ obseruationem habebunt, & illam scriptionem qua nominatiuus v & o littera nominabitur, relinquemus. Antiquis varie etiam scriptitatũ est *mancupium, aucupium, manubiæ*. Siquidem C. Cæsar per i scripsit, vt apparet ex titulis ipsius. At Augustus i per v, vt testes sunt eius inscriptiones. & qui per i scribunt, illam rationem sequuntur, quod aliæ quoque denominationes per eãdem litteram exeant, vt cum manicas, manniculum, quibus nomen apponi potest, quod per v manuleus dicimus. Item qui aucupium per v scribunt, putant ab aue occupanda dictum; aut quia aucupium ab aue capienda, cum à littera a in i familiaris transitus sit. quibus æque opponi potest non minus in i transire, quam in v: nam & ab amico fit inimicus, & a falso insulsus. sequitur igitur electio, vtrum ne per antiquum sonum

num, qui est pinguissimus, & v litteram occupabat. velit quis enunciare, an per hunc, qui iam videtur elegantior, exilius, id est per i litteram has proferat voces, in quibus v littera videtur esse superuacua: vt cum & scribimus & pronũtiamus arguere: siquidem & vrgeo & vngo hanc non desiderant litteram, vt apparet ex scriptis antiquorum, quorum elegantiam & auctoritatem sequendam supra diximus. cum enuntiandi & scribendi soluta sit.* difficultatẽ hanc. Nonnulli inuenti sunt, qui Distinguere quoque sine v littera & scribere, & dicere maluerunt, adijcientes illam rationem, quod distinguere, est interposito puncto diuidere, atque diducere. nec non quidam hoc ipsum distinguere arbitrantur dictum παρὰ τῶ στίζει, siue quod distinguatur res illa quæ scribitur, siue quod tingat id quod inscribitur: tamen in hac voce sic v litteram occupauit consuetudo, vt non facile possit auelli. Nonnulli etiam varie, modo per v modo per i scripserunt artibus, vt cum iuxta significationẽ arcus essent, vt arcus & partus, v littera in datiuo seruaretur. Si vero essent artes, vt arces & partes, tunc idem illi casus per i litteram scriberentur. Mihi videtur nimis rusticana enũtiatio futura, si per v extulerimus, ita tamen existimo enuntiandum, vt nec nimis i littera exilis sit, nec v litteram scripseris enuntiationi sono cum nimis pleno, ac meminerimus artis ὀρθοεπείας esse, vt siue hac siue illa littera scripseris, enuntiationis sonum temperet. Idem puto & in clipeo per i scripto obseruandum: nec au-

decentius sit, & quid lenius quæritur, nec laborat ille qui scribit, cum id quod dicatur χαρίςαlον ιυ ὀρθογραφίᾳ, eo scrupulosior quæstio est, quod nonnunquam vnus sonus est, aut perexigua suspicione diuersus: Interim quæritur scriptio: vt cum dico eiecit, & alius per vnam i litteram scribit, alius per duas: cuius iam mentionem fecimus, cum de litterarum potestate loqueremur: quapropter supersedendum existimo. Nec minus de v littera locuti sumus, quam interdum vicem consonantis retinere diximus, vt cũ scribimus vultũ: & geminata v diuersa potestate ponitur. sic rursus cũ scribitur nominatiuus, genitiuus, & omnes deinde casus. item primitiuus, & si qua his nomina similia sunt, eandẽ obseruationem habebunt, & illam scriptionem qua nominatiuus v & o littera nominabitur, relinquemus. Antiquis varie etiam scriptitatũ est *mancupium, aucupium, manubiæ.* Siquidem C. Cæsar per i scripsit, vt apparet ex titulis ipsius. At Augustus i per v, vt testes sunt eius inscriptiones. & qui per i scribunt, illam rationem sequuntur, quod aliæ quoque denominationes per eãdem litteram exeant, vt cum manicas, maniculum, quibus nomen apponi potest, quod per v manuleus dicimus. Item qui aucupium per v scribunt, putant ab aue occupanda dictum; aut quia aucupium ab aue capienda, cum à littera a in i familiaris transitus sit. quibus æque opponi potest non minus in i transire, quam in v: nam & ab amico fit inimicus, & a salso insulsus. sequitur igitur electio, vtrum ne per antiquum sonum

num, qui eſt pinguiſſimus, & v litteram occupabat, velit quis enunciare, an per hunc, qui iam videtur elegantior, exilius, id eſt per i litteram has proferat voces, in quibus v littera videtur eſſe ſuperuacua: vt cum & ſcribimus & pronũtiamus arguere: ſiquidem & vrgeo & vngo hanc non deſiderant litteram, vt apparet ex ſcriptis antiquorum. quorum elegantiam & auctoritatem ſequendam ſupra diximus, cum enuntiandi & ſcribendi ſoluta ſit.* difficultatẽ hanc. Nonnulli inuenti ſunt, qui Diſtinguere quoque ſine v littera & ſcribere, & dicere maluerunt, adjicientes illam rationem, quòd diſtinguere, eſt interpoſito puncto diuidere, atque diducere. nec non quidam hoc ipſum diſtinguere arbitrantur dictum παρὰ τῷ τέλει, ſiue quod diſtinguatur res illa quæ ſcribitur, ſiue quod tingat id quod inſcribitur: tamen in hac voce ſic v litteram occupauit conſuetudo, vt non facile poſſit auelli. Nonnulli etiam varie, modo per v modo per i ſcripſerunt artibus, vt cum iuxta ſignificationẽ arcus eſſent, vt arcus & partus, v littera in datiuo ſeruaretur. Si vero eſſent artes, vt arces & partes, tunc idem illi caſus per i litteram ſcriberentur. Mihi videtur nimis ruſticana enũtiatio futura, ſi per v extulerimus, ita tamen exiſtimo enuntiandum, vt nec nimis i littera exilis ſit, nec v litteram ſcripſeris enuntiationi ſono cum nimis pleno, ac meminerimus artis ὀρθοεπείας eſſe, vt ſiue hac ſiue illa littera ſcripſeris, enuntiationis ſonum temperet. Idem puto & in clipeo per i ſcripto obſeruandum: nec au-

diendam vanam Grammaticorum differentiam qui alterum a clependo putant dictum.

Et de h littera quæritur, quæ ſe cum his aut inſeruit vocibus, aut præpoſuit; inſeruit, vt in his, vehemens, reprehendit, cum elegantiores & vehementer dicant. In reprehendit ſecundum primam poſitionem prendo enim dicimus, non prehendo: at præpoſuit, vt cum dicas hoſtis, harena, halicam, & aliculam, cum ab alendo poſſit alica dici, & aliculam exiſtimẽt dictam, quod alas nobis iniecta contineat. Hortus quoque nõ deſiderabat aſpirationem, quod ibi herbæ oriãtur, id eſt naſcantur, ſed tamen a conſuetudine accepit. & cohortes æque a coercendo ex eodẽ loco dictæ ſunt: & eam differentiam quidam eſſe voluerunt, vt cohortes militum cum aſpiratione, a mutua hortatione dicantur. Item nonnulli harenam cum aſpiratione, ſiue quoniam hæreat, ſiue quod aquam hauriat, dicendam exiſtimauerunt: aliis ſine aſpiratione videtur enuntianda: Nos non tam per illas cauſas, quas ſupra propoſuimus, quam propter originem vocis; ſiquidem, vt teſtis eſt Varro, a Sabinis faſena dicitur & ſicut s familiariter in r tranſit, ita f in vicinam aſpirationem mutatur. Similiter ergo & hœdos dicimus cum aſpiratione, quoniã fœdi dicebantur apud antiquos. Item hircos, quoniam eoſdem æque fircos vocabant. Nam & e contrario, quam antiqui habam dicebant, nos fabam dicimus. Cilonem quoque & cocleã & cocleare ſine aſpiratione ſcribemus, & quicquid per cõſuetudinem aurium ita licuerit enũciare.

ciare.

tiare. Non enim firmum est Catholicum Grammaticorum, quo censent aspirationem consonanti non esse iungendam: cum & Carthago dicatur & Pulcher, & Gracchus, & Otho, & Bocchus. T quoque & D litteræ, quæ sunt inter se affines, nonnullam habent obseruationem, ne intempestiue inuicem succedant. Nam scimus diuersas partes orationis fieri, cum modo per D, modo per T scribimus: cum T coniunctionem disiunctiuam facit: *At regina grauis iamdudum saucia cura:* Ad per D, præpositionem, vt, *Ad te confugio, & supplex tua numina posco.* Item, quit, verbum per T scriptum, verbum est tertiæ personæ, cuius prima est queo. at per D pronomen, neutri generis. similiter quot per T aduerbium numeri est; cui contrariũ est, quod per D, pronomen, & generis neutri: aliud est enim quod volumen, & quot volumina: nam quod volumen per D scribi debet: quot volumina per T est aduerbium numeri; quod solent quidam apud poetas confundere: *Quot prius æratæ steterant ad litora naues.* qui enim per D. scribunt, turbant sententiam, cum pronomen accipiunt pro aduerbio numeri. est enim tot nymphæ, quot naues ante fuerunt. Non dubitatur vero quin apud per D scribi debeat, quoniam nulla præpositio T littera finitur; statim melius sonat propter nimiam T litteræ exilitatem. Sed vero coniunctio, quamuis lege Grammaticorum per T litteram dicatur, quoniam D littera, nulla coniunctio terminatur, nescio quomodo tamen obrepsit auribus nostris, vt D litteram

ſonet, cum dicimus: *Progeniem ſed enim Troiano a ſanguine duci Audierat.* vbi quærendum erat, contra ne acloquimur ſcribendum ſit, an ſecundum ſcriptionem loquendum. Q quoque littera facit differentiam vocum, ab antiquis maxime obſeruata. quotiés pro aduerbio temporis ſcribebant, Q littera vtebantur; pro præpoſitione, c ponebant: aliud eſt enim, *Quum ſubito adſurgẽs*: aliud, *Cum fluctu.* & hæc pronomina; quis, & qui per Q cenſuerunt quidam ſcribẽda, quo magis ſeruaretur origini fides, vt quom quis incipiet, à Q ſi quis quod, hoc amplius, quo pinguior eſſet enuntiatio, o, quoque inſerebãt, & pro qui, quoi ſcribebant: nos ad breuitatem feſtinauimus ſcribendi, nullam pinguitudinem limare maluimus, tã hercule, quam quo magis quod, qui genus eſt ἐτυμολογίας. eſt enim cui res, quod ſignificat ob quam rem: ex hoc retinuit conſuetudo hodierna, vt diceremus, quare: quo vna ſyllaba caſtigatum fit cur, quod nos contenti ſumus per c ſcribere. & de præpoſitionib. quidem ad rectam ſcriptionem pertinentib. quantum memoria ſuppeditauit, & in præſentia interim ſatis ſit. Ad ceteras igitur quæſtiones tanſeamus, in quibus animaduerto apud pleroſque confuſam tractationẽ ὀρθοεπείας & ὀρθογραφίας cum inter ſe diſtẽt. nam ὀρθοέπεια non quærit quomodo ſcribendũ ſit, cum ad vocis legẽ adlegatus ſit ille, qui ſcripſit. Sed eſt quęſtio in loquẽdo, vt forcipes, & forpices: & arceſſo & accerſo (his enim minimum erit dignoſcere

re quomodo dicantur)proinde ac dixero scribes mihi. ; quibus tamen adnotabimus veteres per trãsmutationẽ syllabæ forcipes dixisse. Nam & Virgilius: *Versántq; tenaci forcipe massam.* forcipes dicimus ab eo quod formum capiant.i.calidũ.& in eo quod est arcesso,& accerso putauerũt quãdã differentiam esse:vt accerso sit voco,tractum ab acciendo:arcesso,summoueo, ab arcẽdo tractum.Sed errauerũt.Arcesso enim pro eo quod est arceo nunquam positum est. Verum, quod putant A litteram obstare significationi, errant. D enim non minus in K litteram transit,quam in C:cum dico & accedo & accommodo, quam apud antiquos in aruorso,in aruorsario.Vndepro audiculis ab audiendo,auriculas dicimus, & meridiem pro medio die loquimur. Id ergo nihil interest,vtrum arcesso,an accerso dicant,eadem significatione manẽte.At propriũ ὀρθογραφίας est,quotiens in vocis enũtiatione nihil videmus ambiguum, at in scriptione tota hæsitatio est posita:vt cum dico,Troia per I vnum an per duo scribere debeam:& coicit,vtrum per vnum I,an per duo,an per tria: vt cumque est,non littera succedat I tacita,& altera I succedat rursus, altera I manente priore,quæ pro consonante posita est,& sic fiat eiiicit & coiicit: de qua re in superioribus plenius dictum est.Item,qui, vtrũ per Q an per C debeat scribi, quia nonnulli inuenti sunt,qui Q litterã illo catholico tuerẽtur, quod nonnulla vice per declinationem prima littera immutetur.Ita cum sit quis,cuius, & qui per Q litteram censent scribendum: nec potest

in quibusdã ὀρθογραφία cum ὀρθοέπεια miſceri, vt enunciatio cum ſcriptione pariter titubet, vt in accuſatore, comiſſatore: Vbi quęritur, geminatis conſonantibus, an ſimplicibus ſcribendum, & enunciandum. In quibus mihi placet vt accuſator per duo c, & comiſator per vnum s, ſcribatur. nam quomodo in eo quod eſt incuſare, cuſare nihil eſt: & accendere, cẽdere per ſe nihil eſt: dicimus tamen & accendere & incẽdere. At in comiſatore vtramque conſonantem ſimplicem ponamus: nã aut a comitate vox ducta eſt, aut a Græco παρὰ τὸν κῶμον. s vero geminata vocis ſonum exaſperat. Sic pariter & elegantiã enunciandi, & ſcribendi breuitatem conſequimur. Nec non & ibi ὀρθοέπεια ὀρθογραφία coniuncta eſt, vbi quæritur fœnoris, an fœneris dicant. quoniam nomen inde tractum, dicimus fœneratorem. Item facineris non facinoris, quoniam facineroſum vocamus. Sic etiam *delirus* placet Varroni, non *delerus*: non enim, vt quidã exiſtimãt, a Græco tracta vox eſt παρὰ τὸ ληρεῖν, ſed eſt latine ſulco. Itaque ſicuti boues cum ſe a recto actu operis detorſerint, delirare dicuntur, ſic qui a recta via vitæ ad prauam declinant, per ſimilitudinem tranſlationis item delirare exiſtimantur. Placet etiam vt Delmatiam, non Dalmatiam pronunciemus, quoniã a Delminio maxima ciuitate tractum nomen exiſtimetur. Ferias quoque nõ fereas, quoniam apud antiquos feſiæ non feſeæ dictæ ſunt. Item ariſpex ab ariuga, quæ eſſet hoſtia, non aruſpex; & quamuis

quamuis commendo dicamus, tamen mando in consuetudine est. Hinc noscũtur etiam quæstiones interdum, quibus noua a veteribus discernantur. Vtrum absorbui, an absorpsi, cum ad hanc disputationem pertinere non debeat, nisi quod proprium est ὀρθογραφίας, vtrum per B an per P absorpsi scribi debeant: & aliis sequendam B litteram quoniã sorbere dicamus, aliis P, quoniam quæcunque apud Græcos per ψ scribuntur, & constant hac littera π σ, apud nos per P scribendum. Ideoque & in similibus seruandum, vt in eo quod est vrbs, & nupsi, & plebs: ac ceteris. Mihi vero placet vt in Latino sermone antiquitatis religio seruetur, vt potius sorbui; secundum auctoritatem eruditissimorum & eloquentium virorum dicamus, quam sorpsi; cum recẽs hæc declinatio sordidi sermonis virus ceperit. Item terui, & triui, non adscribo huic disputationi, sed consuetudini, sed nouæ & veteri adnotationi. nam & Virgilius secutus antiquos, cum possit dicere teruisse non impediente metro, maluit dicere, *Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.* & *Hinc radios triuere rotis.* Hinc nascuntur etiam diuersarum significationum quæstiones, actarios an actuarios & dicere & scribere debeamus, cum actuarios canes quidem ab actu appellemus: actarios vero scriptores actorum: necnon & eum qui actum agit, actuarium vocari voluerunt. Item alium esse Cilonem, alium Chilonem: & Cilones homines vocari angusti capitis & oblongi: Chilones vero improbioribus labris homines, a Græco παρὰ τὰ χείλη:

Talis quæstio est circa cohortes & coortes: vbi diuersã esse significationem voluerunt Grãmatici, vt coortes sint villarũ, vnde homines cooriãtur pariter. oriri enim apud antiquos surgere frequenter significabat: vt apparet in eo quod dicitur: *Oriens consul magistrum populi dicat*; quod est surgens. at cohortes militũ a mutua cohortatione. Na cortes audimus quidem vulgo, sed barbare dici. De superiore differentia mihi aliud videtur, quod cũ superius de aspiratione loquerer, ostendi, id quoque illum sibi locum fecisse, cũ alioquin non desideraretur, vt in vehemente, & in reprehenso: cum vehemẽs, & reprehensus sine aspiratione emendatius dicatur: nam tã militum, quam rusticorũ cohortes sunt. si quidem & milites e rusticis & ex eiusdem regionis hominibus conscribebantur, vt & agnoscere & tueri inuicem possint, quod genus etiam vtilitatis apud Homerum est, qui ait,

ὡς φρήτρη φρητρῆφιν ἀρήγῃ φῦλα δὲ φύλοις.

Sane aspergo, & aspargo habent differentiã suam. Siquidem aspergo verbũ, & aspargo nomen. Itaque vt Virgilius ait: *Salsa spumant aspargine cautes.* Aquam quoque per q. a q u a m scribentes, nomen ostendimus & trisyllabum: per c. vero verbum ab eo quod est acuo; & acuere, vtinam acuam. Aurifex melius per i sonat, quam per v: vt aucupare, & aucupium. Mihi rursus melius videtur sonare per v quam per i, & idem tamen aucipis malo, quam aucupis, quia scio sermonem & decori seruire, & aurium voluptati, vnde fit, vt sæpe aliud scribamus, aliud enuntiemus.

mus.

mus,ſicut ſupra locutus ſum. De viro vero & virtute, vbi i ſcribitur, & pæne v enunciatur: Vnde Ti. Claudius nouam quandam litteram excogitauit, ſimilem ei notæ, quam pro aſpiratione Græci ponunt per quam ſcriberentur eę voces, quæ neque ſecundum exilitatem litteræ, neque ſecundum pinguitudinem litteræ ſonant, vt in viro & virtute: neque rurſus ſecundum latum litteræ ſonum enunciarentur, vt in eo quod eſt legere, ſcribere. Itaque audimus quosdã plena omni ſyllaba quoi & tibei, pro cui & tibi, quod multo vitioſius eſt, quam ſi tenuitatem i litteræ cuſtodirent. Eſt autem vbi pinguitudo v litteræ decentius ſeruatur, vt in eo quod eſt volumus, nolumus, poſſumus. at in cõtumaci melius puto i ſeruari: venit enim a contemnendo: tametſi Niſus & contumaci per v putat poſſe dici a tumore. Comprimo quoque per i malo ſcribi, quamuis compreſſus dicatur: & e contrario, decem audacius dixerim, quamuis inde decies trahatur, quoniam, vt ſupra dixi, ſono vſitatiore gaudet auditus. Niſo etiam placet, vt beneficus per i ſcribatur, quomodo maleficus, quod vides conſuetudinẽ repudiaſſe. Non enim ſi hæ duæ litteræ E & I prius affinitatis recipiũt immutationem, ideo neceſſe eſt illas vbiq; ſemper immutari. Item antiquos ait per E & I ſcribendũ, quod ſignificat antiquei, quod mihi frigidum & ineptum videtur. & multo frigidius illud, quod illei quoq. apud illũ in vtraque ſyllaba per E & I ſcribantur, quod ſit viſum: in ſuperiore enim nomine eſt ſaltem aliqua mentio s

litteræ, etymologia nulla ſane baſim & peluim per i, ſcribamus, quoniam & baſicula, & peluicula ſcribatur, & ablatiuo caſu finiátur ab hac baſi, ab hac pelui. Alimenta quoque per i elegátius ſcribemus, quam alumenta per v: Quaſdam vero ſcriptiones antiquis relinquamus, vt in eo quod eſt cur illi enim per quor ſcribebant, vt ſupra dixi. nam & ipſum cui, per quoi, quo pinguius ſonaret. contenti ſumus per cui ſcribere, vt plenitudine quoi ſufficiat. Namque nimium, & commircium quoq; per i antiquis relinquamus, apud quos æque & Mircurius per i, dicebatur, quod mirandarum eſſet rerum inuentor. & Varro dicit noſtris iam auribus ſcilicet per E, & vt Mercurius & commercia dicantur. Item miis per i, non meis per E, vt Terentius: *At enim iſtoc nihil eſt magis Syre miis nuptiis aduorſum.* Coniunx, & ſeiunx ſine N putat Niſus eſſe ſcribendum, quoniam genitiuo caſu faciat coniugis, & ſeiugis. Mihi videtur non euellendam hanc N litteram, qua ſonus enuntiationis inſiſtit. Nam quámuis idem ait non eſſe onerandam ſuperuacuis litteris ſcriptionem. rurſus non fraudandum ſonum exiſtimo, cum & leuior ad aures, & plenior veniat, vt in abſtinente arceſſitum eſt, vt in ambitum B. ſi ergo licet coniugis genitiuo caſui, & ſeiugis coniux tamen, & ſeiux ſubtracta N littera & difficilius enuntiabitur, & aſperius auribus accidet. Sane illo catholico ſe Niſus tuetur, quo dicit in declinationibus litteram perire, quę ſit in primis poſitionibus, vt pudens pudentis, prudens prudentis: Ita ſi coniux habet N litteram,

ram,necessariũ, inquit, erit,& genitiuus quoq; N litterā habeat,vt sit quo ipsa spectare debuit: nam quod amphiboliæ tollendæ gratia consuetudo N litteram omiserit,ambiguum; verum ab eo quod est coniunx trahatur, vt a nomine,an a verbo,quod est coniūgo,non esse.Item illud verum,quod quidam putant seruandam esse vtriq; N litteram a prima positione ; per ceteras declinationes manifestum est,vel R,his,quod fingor dicimus,& tamen fictus;& pinguor, & tamē pictus:nec non & ipsa N littera in locum M redit, vt cum dicimus clandestinum,cum ab eo trahatur quod est clam:item sinciput.quod est semicaput.sed non vbiq; obtinendum:nam & nōnū quam plenius per N quam per M enuntiatur. ac tum dico etiam nunc,quamuis per M scribam, nescio quomodo tamen exprimere nō possint. sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum quod quasdē litteras leuitatis causa omiserunt,sicut Cicero qui *Foresia,& Megalesia,& Hortesia*,sine N littera libenter dicebat : & vt verbis ipsius vtamur,*posmeridianas quoque quadrigas*, inquit,*libentius dixerim,quam postmeridianas.* Sic & dossum per duo s quam per R dorsum quidam, vt leuius,enuntiauerunt , ac tota R littera sublata est in eo rusum,& retrosum. Cocum nonnulli in vtraque syllaba per Q scribunt; nonnulli & inserta v. In verbo etiam coquere pro quoquere Nisus censet,& vbique c litteram ponendam tam in nomine quā in verbo:quod mihi nimium videtur exile. Nam sicut non est prima syllaba oneranda, sic sequens videtur explē-

da,eo decentius aqud Virgilium legitur, *Et certam quatit improbus hastam,* secunda syllaba per Q scripta, quam vt vtraque per c enuntietur K. locutionem quoque Antonius Rufus per Q dicit esse scribendam, quod sit ab eo quod est loqui. Item periculum & ferculum, quæ nomina contenta esse c littera existimo tam hercule, quam illa vitiose & dicere & scribere. Per quo, Quotidie dicunt; quam per co, cotidie, cum & dicatur melius & scribatur. nō enim est quotidie a quoto dictum, sed a continenti die cotidie tractum. Nimium rursus elegantiæ sectatores non arbitror imitandos; tametsi Nisus auctor est, comesse & esuesse per vnum s scribamus: & dicit rationem, quia iuxta productam vocalem consonans progredi non soleat; & quoniam antiqui non geminauerint s, sed loco geminationis notam superposuerint in quibus error eius manifeste deprehenditur: nam geminare consonantes productis vocalibus iunctas vsus ostendit: In quo dicimus etiam errasse, saltasse, abiesse, calcasse: Quis enim nescit malum vna L littera scriptum distare a mallo, eodem elemento geminato. illo vero argumēto, quo dicit notam solitam superponi, ostendit in enuntiatione solere geminari. Et quid iam interest vtrum notam an litteram ponas, cum alterutrum tibi necessitas exprimat? Sane in eo quod est narrare, obseruatū est, vt vnum R scriberemus, quoniā venit a gnaro, cui contrarium est ignarus. Rursus quia pullum per duo L scribimus, obseruauerunt quidā vt paullum, repetito eodem elemento, scriberent.

rent:quod mihi non videtur:quoniam enuntiari nullo modo potest. & non est necesse id scribere,quod in verbo non sonet. Hic autem in longitudine syllabæ antecedentis huic litteræ obstatur;Est enim quã Græci dicunt διφθογγος, iuxta quam omnino geminari consonans non potest.nonnulli synalœphas quoque obseruandas circa talem scriptionem existimauerunt, sicut Verrius Flaccus,vt vbicunque prima vox M littera finiretur,sequens a vocali inciperet, M, non tota , sed pars illius prior tantum scriberetur:vt appareat exprimi non debere. Est etiam vbi vocales subducebantur,si id aut decor compositionis,aut metri necessitas exigat ,vt *Adeo in teneris consuescere multum est.* De aspiratione nisi fallor aliquid iam locuti sumus:repetendum tamen existimaui sermonẽ,propter eos qui hymnidem,hyacinthum,& hymenæum varie scripsere runt. Alij enim præponẽdam aspirationem putauerunt,alii tamquam non necessariam omiserunt.quoniam scilicet in communi lingua Græcorum nunquam non aspirationem in se habet v littera quotiens inchoat voces: nam quod ad Latina pertinet, in quibus late aliquid ambigitur,antiqua consuetudo respicienda est, quibus moris fuit, pro hac aspiratione litteram dicere F.Itaq.harenam iustius quis dixerit,quoniam apud antiquos Fasena erat:& hordeũ ,quia Fordeum, & sicut supra diximus hircos, quoniam Firci erant;& hœdi,quoniam Fœdi.

FINIS.

MAGNI AVRELII CASSIODORI SENATORIS DE ORTHOGRAPHIA LIBER.

PRAEFATIO.

CVM inter nos talia gererentur, & de complexionibus Apostolorum non nulla nasceretur intentio: monachi mei subito clamare cœperunt: Quid prodest cognoscere nos vel quæ antiqui fecerūt, vel ea quæ sagacitas vestra addenda curauit nōsse diligenter, si quemadmodum ea scribere debeamus, omnimodis ignoramus, nec in voce nostra possumus reddere, quod in scriptura comprehendere non valemus? Quibus respondi, hæc quæ dicerent, designata esse, quemadmodum & intelligi debeāt, & proferri. Sed labor nobis antiquorum omnino seruandus est, ne nos auctores earum rerum mentiamur, quarum sequaces esse cognoscimur. Et ideo duodecim auctorum opuscula deducimus in medium, quæ ab illis breuiter & copiose dicta sunt, vt & nos ea compendiosius dicamus, & a priscis auctoribus sine varietatis studio dicta recolantur, quatenus & vobis plenissime satisfacere videamur, & auctoritate firma sit relatio, quam duodecim auctorum textus insinuat. Iam tempus est, vt totius operis nostri conclusionem facere debeamus, vt melius in animo recondantur, quæ septenaria conclusione distincta sunt.

I. Post commenta in Psalterium, vbi, præstante Domino, conuersionis meæ tempore primum studium laboris impendi. II. Deinde post institutiones quemadmodū diuinæ & humanæ debeant intelligi lectiones, duobus libris, vt opinor, sufficienter impletis; vbi plus vtilitatis

inuenies

inuenies quam decoris. III. Post expositionem epistolæ, quæ scribitur ad Romanos, vnde Pelagianæ hæreseos prauitates amoui, quod etiam in reliquo commentario facere sequentes admonui. IIII. Post codicem, in quo artes Donati cum commentis suis & librum de etymologiis, & alium librum Sacerdotis de schematibus, Domino præstante, collegi; vt instructi simplices fratres, vbi necesse fuerit, similia dicta sine confusione percipiant. V. Post librum quoque titulorum, quem de diuina scriptura collectum, Memorialem volui nuncupari, vt breuiter cuncta percurrant, qui legere prolixa fastidiunt. VI. Post complexiones in epistolis Apostolorum, & Actibus eorum, & Apocalypsi, quasi breuissima explanatione decursas. VII. Ad amantissimos orthographos discutiendos anno ætatis meæ nonagesimo tertio, Domino adiuuante, perueni. Ex quibus si in vnum valuero deflorata colligere, quantum ad eos pertinet, quos breuiandos esse suscepi, confusionem emendator atque scriptor, si bene intellexerit, arbitror, vlterius nõ habebit. Minutus labor syllabis litterisque tractandis, modo factus ex nominum deriuatione, modo ex casibus sermonum, modo ex motu atque situ, modo ex euphoniæ consonantia, modo ex Græcarum litterarum similitudine, probans quid scribere debeas, & quid vitare contendas, modo vt L quoque litteram simplicem in quibusdam sermonibus recte quidem scribi dicat, sed N litteræ sonum plerumque illi succedere posse testetur. Itaque quod ante scribebatur per V & O, per duo VV modo scribere nobilis rectitudo scribendi per vias certissimas inuestigata esse videtur: & ideo præsens opus non desit directum: vt volnus, vulnus. I pro E, vt quod antiqui magnai, nos magnæ: C pro Q, vt veteres quam moderni conscribi rectius æstimarunt: & co-

tera quæ subtili quidem, sed necessaria distinctione narrantur, non velociter transcurri, sed sollicita mentis intentione tractari, ut quæ incipis bene discere, ad finem perfectionis inoffensa debeas pronuntiatione perducere. Nam si vobis adsit capiendi desiderium, quæ prius per moram quæsitis, protinus inoffensa velocitate transcurretis. Gloriosum profecto studium, & diuinis ac humanis litteris, vt videtur, accommodum, quod loqui debeas, & competenter scribere: &, quæ scripta sunt, sine aliqua erroris ambiguitate proferre. Vox enim articulata a pecoribus nos sequestrat: scribendi vero ratio ab imperitis diuidit & confusis. ita perfectum hominem duo sibi ista vindicant ac defendunt. Nam cum sibi duo ista consentiunt, vtraque recta, vtraque decora sunt: cum vero a se discrepare cœperint, vitiũ strabæ fœditatis incurrunt. Erit itaque propositum nostrum, quæ competenter modernæ consuetudini ab antiquis tradita sunt, quasi in vnam coronam redigere, & vsui celeberrimo deputare: illa vero quæ antiquitati magis conueniunt, expedit sine dubitatione relinquere, ne labor assumatur incongruus, qui præsenti sæculo videtur inutilis. Sit ergo in primo libro institutionum nostrarum titulo tertio decimo, quemadmodum legi debeat cælestis auctoritas, vbi idiomata legis diuinæ communi vsui repugnantia non permisimus dissipari. Hic autem, in libro scilicet Orthographiæ, liberius & generaliter appetatur: quemadmodum ex regulis artium humanarum, salua auctoritate seniorum, cuncta lectio decora nimis & correcta reddatur. Si quis autem auctores orthographos in textu suo legere fortasse voluerit, transcriptos inueniet, quos ego, quantos potui reperire, monasterio meo præstante Domino dereliqui, vt latius dicta probare possetis in auctoribus suis, quos

nos

nos propter fastidium vestrum deflorandos esse putauimus: Illud etiam vos magnopere credidi commonendos, vt distinctiones sensuum sollicita mente perquirere ac ponere debeatis, sine quibus neque legere quidquam competenter, neque intelligere praualemus. Scire autem debemus Donatum artigraphum de posituris ita tractasse, vt non ibi ordinem, sed virtutes earum potius exprimere videatur. Nam si distinctionũ seriem per gradus cognitos sequeretur, primo plenam, deinde mediã nequaquã ponere potuisset: deinde magis inciperet, vbi praedictae positurae ad finẽ tendere cõprobãtur. Sequitur distinctio, deinde media, quae plena semper praecedunt potius quàm sequuntur. Sed sicut visum constat esse doctissimis, hunc debemus ordinem custodire: vt primo de subdistinctione dicamus, quae ibi semper apponitur, vbi in cõmate sermo suspensus adhuc reddendus esse cognoscitur: vt,

Arma virumq cano -- *vbi totius operis summa conclusa est. Arma enim ancilia Virgilius, virumque dicturus est. Sed quoniam, cano, respicit ad vtrumque, hic in, arma, subdistinctio recte ponenda est. Mediam vero affigendam esse constat in commate, cum nullus sermo deest, sed gradatim tendit ad plenam: vt,*

Diuidimus muros, & moenia pandimus vrbis.

Plena est autem, vbi finitur perfecta sententia: vt est illud,

Tantae molis erat Romanam condere gentem.

Subdistinctionem vero, vel mediam nõ credas ipsum ordinem semper tenere, quem diximus, vt subdistinctio praecedat, & media consequatur: sed pro ratione supradicta locis congruis apponuntur, vt distinctiones istae bene positae, sensum nobis lectionis euidenter aperiant. nam si aliter distinguas, sine dubitatione cuncta confun-

dis. Has vero diſtinctiones, ſeu poſituras, Donato teſtãte, Graci ϑέσεις vocant. Periodus eſt autem per longum plena ſententiæ ducta pauſatio, cuius partes ſunt cola, & commata. Sed antequam opus Orthographiæ inchoare videamur, præfationem Phocæ artigraphi, exempli cauſſa, iudicauimus apponendam: quæ cuncto operi noſtro, quaſi a nobis prolata ſit, ita omnimodis videtur accommoda.

Ars mea multorũ es, quos ſæcula priſca tulerũt:
Sed noua te breuitas aſſerit eſſe meam.
Omnia cum veterum ſint explorata libellis,
Multa loqui breuiter ſit nouitatis opus.
Te relegat iuuenis, quem garrula pagina terret,
Aut ſi quem paucis ſeria noſſe iuuat.
Te longinqua petens comitem ſibi ferre viator
Ne dubitet, paruo pondere multa vehens.
Te ſi quis ſcripſiſſe volet, non vlla queretur
Damna, nec ingrati triſte laboris onus.
Eſt quod quiſque petat. numquã cenſura diſerti
Hoc contemnet opus, ſi modo liuor abeſt.

INCIPIVNT TITVLI LIBRI ORTHOgraphiæ, indicantes ex quibus auctoribus scribendi peritia, Domino præstante, collecta est.

I. *Ex Agnæo Cornuto de enuntiatione, vel Orthographia.*
II. *Ex Velio Longo.*
III. *Ex Curtio Valeriano.*
IIII. *Ex Papiriano.*
V. *Ex Adamantio Martyrio de* B *&* V.
VI. *Ex eodem de mediis syllabis.*
VII. *Ex eodem de vltimis syllabis.*
VIII. *Ex eodem de* B *littera trifariam in nomine posita.*
VIIII. *Ex Eutyche de aspiratione.*
X. *Ex Cæsellio orthographo collecta sunt.*
XI. *Ex Lucio Cæcilio Vindice deflorata sunt.*
XII. *Ex Prisciano moderno auctore decerpta sunt.*

Commemorati sunt auctores Orthographiæ, ex quibus alij ipso, alij præpostero ordine similia dicunt, alij vero, diuersa describunt: sed omnia nobis absolute nosse conuenit. Nam & illi qui paria dicunt, communia dicta confirmant: & isti qui varia ponunt, per verba multiplicia commonent quemadmodum scribere debeamus, & loqui. Nunc ordo scripturæ, qui ab antiquis positus cognoscitur, nihilominus est dicendus.

I.

AGNÆI CORNVTI DE ENVNTIAtione vel Orthographia.

Animaduerti quosdam, Æmili amice, eruditos etiam M *litteram, nec vbi oporteat dicentes, nec vbi oporteat supprimentes: hoc hi fiat, hinc obseruari poterit, si*

simul subyciam si quid ad rectam scripturā pertinet, & ad diuisionē syllabarum. Igitur si duo verba coniungantur, quorum prius M *consonantem nouissimam habeat, posterius a vocalibus incipiat,* M. *consonans perscribitur quidem: ceterum in enuntiando durum & barbarum sonat. At si posterius verbum quamlibet consonantem habuerit, vel vocalem positam loco consonantis, seruat* M *littera sonum: par enim atque idem est vitium, ita cum vocali sicut cum consonante* M *litteram exprimere. Est quædam littera in* F *litteræ speciem figurata, quæ digamma nominatur, quæ duos apices ex gamma littera habere videtur. Ad huius similitudinem soni nostri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, vt est, votū, virgo. itaque in prima syllaba digamma & vocalem oportuit poni, fotū firgo: quod & Æoli fecerunt & antiqui nostri, sicut scriptura in quibusdā libellis declarat. Hanc litteram Terentius Varro dum vult demōstrare, ita perscribit,* VA. *qui ergo in hac syllaba sonus est, idem litteræ erit. Nos hodie* V *litteram in duarum litterarum potestatem coegimus: nam modo pro digamma scribitur, modo pro vocali. Vocalis est, cum ipsa per se est. Hoc enim cum ceteris quoque vocalibus patitur. Si cum alia vocali, digamma est, quæ est consonans. Tres vocales quibusdam videntur esse sub vna syllaba* VÆ. *errant si ita putant. nam nusquam neque apud Græcos, neque apud Latinos, ex tribus vocalibus syllaba constat. quare similiter hic quoque digamma erit, & duæ vocales similiter. Sed cadit in quæstionem, & aliis per* T, *aliis per* D *placet scribi. apud antiquos enim scio sed, sedum fuisse: vnde nos duabus litteris nouissimis ablatis, reliquas litteras salua* D *in vsu habemus: quemadmodum si quæreretur, sat qua littera scribi oporteat, diceremus per* T, *quod integrum eius sit satis. Q littera tunc recte ponitur, cum*

illi statim v *littera, & alia qualibet vna, pluresue vocales coniunctæ fuerint, ita vt vna syllaba fiat. Cetera per* c *scribuntur. Hoc Lucio quoque videtur. nonnulli putant auribus deseruiẽdũ, atque ita scribẽdũ vt auditur. Est enim fere certamen de recta scriptura, in hoc, vtrum quod audimus, an quod scribi oportet, scribendum sit: ego non omnia auribus dederim. Quotidie, sunt qui per co, cotidie scribant: quibus peccare licet: desinerent, si scirent quotidie inde tractum esse, a quot diebus, hoc est omnibus diebus. Qui syllaba, per* q, v, i, *scribi debet: si diuiditur, per* c. *vt si cui, huic. Hoc item in ceteris notabimus, vt in diuisione* c *littera sequatur, si tamen secundum antiquã enuntiationẽ fuerit: quoniam genitiuus & ablatiuus non diuiditur. Causa per vnam* s: *nec quẽquam moueat antiqua scriptura. nam & accussare per duo* ss, *scripserũt: sicut fuisse, diuisisse, esse, & caussasse per duo* ss, *scriptum inuenio. In qua enuntiatione quomodo duarum consonantium sonus exaudiatur, non inuenio. Vostra olim ita per* o, *hodie per* e: *vt, aduorsum aduersum, peruorsum peruersum, votare vetare, vortex vertex, conuollere conuellere: amploctere amplectere. Malo, qui putãt ab eo quod est Græce* μᾶλλον *comparatiuo modo descendisse, & per duo* ll *scribunt, peccãt. non enim a Græco translatum est, sed ab antiquorum consuetudine, qui primo magis volo dixerunt, postea a pluribus elisionibus hoc verbũ angustauerũt, vt mageuolo, deinde mauolo, quod frequẽtissimũ apud illos est: nouissimo hoc substitit vt malo esset. Sed malle per duas* ll, *velle enim est. item nolo per vnum* l, *nolle per duo* ll, *nolo enim ne volo est, nolle ne velle. denique vt se verbũ habet, ita ea quæ ex illo componũtur. Alia sunt quæ per duo* v *scribũtur, quibus numerus quoq. syllabarũ crescit. Simili enim vocali*

vocalis adiuncta, non solum non cohaeret, sed etiam syllabam auget: vt, vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus. Eadem diuisio vocalium in verbis quoque est, metuunt, statuunt, tribuunt, acuunt. ergo hic quoque C *littera, non* Q *apponenda est. Lacrumae an lacrimae, maxumus an maximus, & si quae similia sunt, scribi debeant, quaesitum est. Terentius Varro tradidit Caesarem per* I, *eiusmodi verba solitum esse enuntiare & scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. sed ego in antiquiorum multo libris quam Caius Caesar est, per* V *pleraque scripta inuenio, optumus, intumus, pulcherrumus, lubido, dicundum, faciundum, maxumae, monumentum, contumelia, minumae. melius tamen est, & ad enuntiandum, & ad scribendum,* I *litteram pro* V *ponere, in quod iam consuetudo inclinauit. Vineas per* E *quidam scribendas tradiderunt, si has significarent, quas in agris viderimus: at contra per* I *vinias illas sub quibus latere miles solet. quod discrimen stultissimum est. nam neque aliunde vineae castrenses dictae sunt, quam quod vineis illis agrestibus similes sunt. Exstinguunt, per* V *&* O: *qualem rationem supra reddidimus de litteris quas dixi oportere in omni declinatione duas vocales habere, talis hic quoque intelligenda est, exstinguũt. est enim ab ex & stinguo, & ob hoc exstinguunt, licet enuntiari non possit. Interuallum per duo* LL. *vallum enim ipsum non aliter scribitur, a quo interuallum. Varro dicit interualla esse spatia, quae sint inter capita vallorum, idest, stipitum, quibus vallum fit. vnde cetera quoque spatia dicuntur. Obseruanda pusillo diligentius est praepositionũ cũ verbis a vocalib. cõpositio, vt cõsonãtes nouissimas praepositionũ sciamus non durare, sed mutari plerumque. Ita non nũquam quae consonantes verborum aut vocabulorum pri-*

mo

mo loco ſunt, eaſdem neceſſe eſt fieri & in præpoſitionibus, quæ propter lenitatem quoque omnino enuntiari ſæpe littera præpoſitionum non poſſunt. quando autem fiat quando non, ſono internoſcimus, Accedo duo CC, *attuli duo* TT, *aſſiduus duo* SS, *arrideo duo* RR, *apparo duo* PP, *annuo duo* NN, *alligo duo* LL. *In his non ſolum propter lenitatem conſonantes mutant, ſed etiam quod nullo modo ſonare* D *littera poteſt. ubi ſonat, & ibi ſcribitur, cum* F *conſonanti adiungitur: ut, adfluo, adfui, adfictus. cõtra* B *non ſonat, offui, offero, offendo. in aliis enim conſonantibus idem patitur: ut, ſuggero. oſtendi enim ſupra digãma conſonantis vim habere. Eſt ubi* B, *quamuis incredibile eſt, in* S *cogatur: ut ſuſcipere, ſuſtinere, ſuſpendere, ſuſcitare, & quod antiqui dixerunt ſuſtollere, nos præterito ſuſtuli. Itẽ Ex præpoſitio ad* F *litteram formatur: ut effluo, effodio, effero, efficio, nec minus informatur eſcendo. alicubi tamen ſonat, & ob hoc neceſſario ſcribitur exſilio, exſicco. itaque ubi ſonuerit, ibi ponemus. Tamtus & quamtus, in medio* M *habere debent. quam enim & tam eſt: unde quamtitas, quamtus, tamtus. nec quoſdam moueat, ſi* M *non ſonat: iam enim ſupra docui non ſonare debere, tametſi in ſcriptura* M *poſita ſit. Exſilium cum* S. *ex ſolo enim ire eſt, quaſi exſoliũ, quod Græci* ἐξορισμὸν *dicũt: antiqui exſoles dicebãt.* H *ſicut in quæſtione eſt littera ſit, necne: ita nũquam dubitandum eſt, ſecundo loco a quacumque conſonante poni debere: quod ſolus Varro dubitat: vult enim auctoritate ſua efficere, ut* H *prius ponatur ea littera, quæ adſpirationem confert: & eo magis hoc tentat perſuadere, quod vocalibus quoque dicat ante poni: ut heres, hircus. ſed Varronem præterit, conſonantem ideo ſecundo loco* H *recipere, quod non poſſit ante adſpirationem niſi vocales habere. itaque & ante, & poſt*

si H *littera cuicumque tali adiungatur, non sonabit. hæc enim natura vocalium est, vt siue ante se siue post se habeant* H, *quoquo genere enuntiationem non impediũt. Præterea in libro quẽ de Grammatica Varro scripsit, cũ de litteris dissereret, ita* H *inter litteras nõ esse disputauit. quod multo minus mirũ quã quod* X *quoque litterã esse negat. in quo quid viderit, non dũ deprehendi. ipsius verba subiiciam:* Litterarum partim sunt & dicuntur, vt A & B: partim dicuntur & non sunt, vt H & X: partim sunt neque dicũtur, vt ✶ ✶. *Vehemẽs & vemẽs apud antiquos, & apud Ciceronẽ lego: æque prehẽdo & prendo, hercule & hercle, nihil & nil. Hæc obseruare eatenus poteris, consuetudine potius quam ratione, in his præcipue verbis quæ adspirationem habere debent.* Y *litteram antiqui non semper vsi sunt, sed aliquãdo loco illius,* V *ponebant: itaque in illorum quoque libris hanc scripturam obseruandam censeo, Suriam, Suracusas, sumbola, sucophantas, quod in nostris corrũpi non debet. Illud etiã non video, quare huic litteræ,* H *adspirationis gratia admoueam ipsa enim per se adspiratiua est, & quocumque vocabulo primum locum habuerit, adspiratur, Yacinthus, Yllus, Ymetus: & tanto magis adspiratio addenda non est, quanto apud Latinos vocabula non sunt hac littera notata. Varroni placet,* R *litterã, si primo loco ponatur, non adspirari. lector enim ipse, inquit, intelligere debet Rodum, tametsi* H *non habet, Rhodũ esse, retorẽ rhetorem,, sed eadem obseruatio non necessaria est in* R *littera. sunt enim verba primo loco* R *litteram habentia, nõ minus Latina quã Græca. itaque merito auferemus aut amouebimus adspirationem a Roma, regina, rapa, Rodus. Z in antiquis libris modo scripta est, modo non: sed pro illa duæ* SS, *ponebantur, vt crotalizo crotalisso, mala-*

cizo malacisso, & his similia. Sed viderint illi, qui cum verbis integris Græcorum uti non erubuerint, erubescẽdũ crediderunt litteras Græcas intermiscere. nobis satius est alieno bene uti, quam ineleganter nostra apponere.

II.

EX VELIO LONGO

defloratа sunt.

AT, si coniunctio fuerit, per T scribi debet. ut est,

Ac te nocturnis iuuat impallescere chartis.

si præpositio, per D: ut est, Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. *Atque item coniunctio composita, per T similiter scribenda est. Apud præpositio per D scribi debet: sicut ad patrem. quoniam veteres sæpe apud, pro ad vsi sunt. & duabus ex eis mediis litteris sublatis P & V, ad remanet. Item quit, per T scriptum, verbum est tertiæ personæ, cuius prima est, queo, secunda quis, tertia quit: ex quibus componuntur nequeo, nequis, nequit: inquio, inquis, inquit. Per D autem aduerbium. ut,*

Quid faciat lætas segetes: *& quæ ex eo componuntur: ut, quicquid. si quid, aliquid, numquid, & his similia. Id per D scriptum, pronomen est neutri generis, ab eo quod est, is, ea, id: per T vero signatum, indicat verbũ tertiæ personæ, ab eo quod est, eo, is, it. Placet etiã Delmatiam, non Dalmatiam, scribamus: quoniam a Delminio maxima eiusdem prouinciæ ciuitate tractũ nomẽ existimatur. Feriæ quoq;, nõ fereæ dicebantur. Actuarij vero, & actarij, utrũque dicitur. sed actuarij nũcupãtur diuersis actibus generaliter occupati: actarij vero scriptores tantum dicuntur actorum. Item aliud est esse cilonem, aliud chilonem. cilones, vocantur homines angusti capitis & longi, & adspirationem non habet: chilones vero, cum adspiratione scripti, a breuioribus labiis homi-*

nes vocitantur, quod est a Græco vocabulo deriuatum, παρὰ τὰ χείλη. vnde Achillem quoque ferunt esse nominatum. Coniux sine N *putat Nisus artigraphus esse scribendum, quoniam in genitiuo casu facit coniugis, mihi autem videtur non euellendam exinde hanc litteram, qua sonus enuntiationis exprimitur. nam quamuis asserat non esse onerandam superuacuis litteris dictionem, ego tamen fraudandum sonum non existimo suis litteris, quibus integre & plenus auribus intimatur.*

III.

EX CVRTIO VALERIANO ista collecta sunt.

Q *littera tunc recte ponitur, cum eam statim* V *littera sequitur, iuncta cum alia vocali vel vocalibus diphthongis, ita vt vnam syllabam faciat: vt, Quirites, quæstio, quærite. cetera vero per* C *scribi debent: vt, cuius, Cumæ, & reliqua huiusmodi: Cum, quando præpositio erit, per* C *scribi debet: vt est illud,*

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habes.

quum enim aduerbium est, & per Q *scribendum. Veteres enim quando, quum dixerunt: vt est, quum nauis ex Asia venerit. ceteraq; huiusmodi aduerbia similiter scribenda sunt, vt quocumque, vbicumque. Huiuscemodi, per* C *litteram scribendum est. antiqui enim pronominibus* C *addebant: vt, hicce, illicce, isticce: vnde subtracta eadem nouissima littera,* C *relictum est, vt hic, illic, istic: sed hoc in solo genitiuo casu articularis pronominis, qui est huiusce, adhuc eadem syllaba ce, intergra manet. Cur, alij per* C *scribendum putauerunt, dicentes non posse* Q *litteram poni, vbi* V *est sine aliqua vocali, secundum regulam supradictam: alij per* Q*, eo quod originem trahat*

bat ab interrogatiuis aduerbiis,quæ sunt,quando, quorsum. vsus autem obtinuit,vt cur,per C scribatur. Partubus & partibus,arcubus & arcibus,artubus & artibus,veteres quidem indifferenter scripserunt: nos possumus obseruare vt ab eo quod est partus,id est fœtus, partubus scribamus:ab eo autem quod sunt partes,partibus. itemque ab eo quod sunt arcus,arcubus:ab eo autē quod sunt arces,arcibus:& rursum ab eo quod sunt artus, id est,membra,artubus:ab eo autem quod sunt artes, artibus. Tres litteræ sunt apud Græcos ζ ξ ψ,ex his in vsum nostrum transtulimus ζ.item pro ξ nos x vtimur. ψ nullomodo transferri potuit,sed vis ipsius translata in PS.vt quæ per ψ scribuntur,per PS scribamus, & ceteris casibus aut in bis exeunt,aut in pis:vt,cæleps cælibis, auceps aucupis,Cinyps Cinybis. Diuisionem præterea syllabarū ad BS & PS pertinentem,hanc obseruabis:quod vbicumque PS erunt,diuidi non possunt, sed ad sequentem aut antecedentem syllabam applicabuntur,tamquam vnius litteræ potestatem habeant:apstinui,aps & tinui:apscessi, aps & cessi:apscondo,aps & condo.at vbi BS fuerint, diuidātur necesse est:vt obstupui,obstupeo,obsum, obstrepo. propterea BS numquam coniunctas inuenies. non enim possunt facere syllabam, & si primam quidem vocalem habeant:fallunt quasi ipsa consonent:vt,trabs, quam dicimus trabem.ceterum si ante vocalem ponantur, nullo modo enuntiationem capiunt: cum PS etiam præposita sic sonant,vt apud Græcos ψ. Eandem rationem puto obseruandam & in verbis quæ præterito tempore & futuro incertum est P an B habere debeant.nam sicut in casibus nominum P littera in B commutatur, vt est cæleps cælibis,ita in temporibus quoque verborum e contrario B in

P commutatum videmus: ut, scribo, scripsi, scripturus. labor, lapsus, lapsurus: nubo, nupsi, nuptura. Z, in antiquis libris Latinorum scripta non est: sed pro illa duo SS ponebantur, crotalizare, crotalissare. Sed viderint illi, qui cum verbis quibusdam integris Græcorũ uti in Latina lingua non erubuerunt, an erubescendum crediderint litteras Græcas intermiscere. nam satius est alienis bene uti, quàm nostra inelegãter apponere. Præsto, nos per O scribimus; antiqui per V scripserunt. Sed præsto dicẽdum est, ut edicto, & optato, & sortito, inde & præstolari, non præstulari. nec mirum est veteres V littera pro O usos. nam & O pro V usi sunt: poblicum enim, quod nos publicum, & quod nos culpam, illi colpam dixerũt. Supter per P scribendum, non per B. Neglegere per G, non per C scribendum. Eutalium, Eupolim, & alia huiusmodi, quidam per Y litteram putauerunt, eo quod Græca esse dicerent: sed apud nos Y littera numquam vocali coniungitur.

IIII.

EX PAPIRIANO ISTA collecta sunt.

Æ syllaba, quam nunc in fine sermonis diphthongon scribimus, ut, cogitationes magnæ, apud antiquos per AI scribebatur, ut esset distantia genitiuorum a datiuis. nam genitiuo hanc diuisionem dabant, ut non esset disyllabus similis datiuo, sed trisyllabus inueniretur: ut, magnai, Asiai, aulai, frugiferai. Reliquiæ, & reliqui per C scribebantur: ut reliquus & mortuus, sic relicui & mortui. ut & vacuus vacui, strenuus strenui. at nunc reliquiæ, velut exsequiæ per Q scribuntur. Cotidie, per C & O dicitur, & scribitur per Q: quia non a quoto die, sed a continenti die dictum est. Haud, quando aduerbium

biũm est negandi, per D *litteram scribitur, & adspiratur in capite: quando autem coniunctio disiunctiua est, per* T *litteram sine adspiratione scribitur. Malo per vnum* L, *quod est, magis volo. malle per duo* LL, *quod est magis velle. Nolo per vnum* L: *est enim non volo. nolle per duo* LL, *quod est, non velle. Querela apud Latinos per vnum* L *scribebatur sicut suadela, tutela, candela, corruptela. quamuis vsus sibi etiam apud eos vindicaret, vt aliqua in figura deminutiuorum per duo* LL *scriberetur: vt, capella, fabella, tabella. nunc autem etiam querella per duo* LL *scribitur. Narare per vnum* R *scribitur, vt Varroni placet. secutus est enim etymologiam nominis eius, qua gnarus dicitur, qui scit & accipit quod loqui debeat. denique cõpositio verbi ita scribitur, ignorare, quæ non per duo* R, *sed per vnũ scribitur. ideo & naratio, vnũ* R *habere debet. Quod quãdo numerus est, per* T, *quãdo pronomẽ, per* D *scribendũ est. nam totidem per* T *scribitur, quia numerus est. Quæcũque verba ab* S *littera incipiũt, si cõposita sunt, vt ex præpositionẽ accipiant, seruata* S *littera scribuntur. vt, spectio exspecto, salio exsilio. cetera verba quæ* S *in principio non habent, onerari non debent: æstimo existimo, acuo exacuo, agito exagito. Prędo dicimus & prehendo. sicut hercle & hercule, nil & nihil. Sed in his verbis quæ adspirationem habere debẽt, hæc obseruari eatenus poterũt, quatenus cõsuetudo permiserit: sed tamen libellus nos euidenter docet, qui inferius de aspiratione scriptus est. Traps ab eo quod dicitur trabs, & vrps, per* P *debent scribi, licet Varro per* B *scribẽdum putet, quod in reliquis casibus* B *habeant. sed tamen çum* ψ *littera Græca nullo modo trãsferri potuerit in vsum nostrum, & vis eius per* P *&* S *litteras scribatur, necessarium est, vt vbi* ψ *Græcum sonat, apud nos quod vitari*

non potest per has litteras scribatur, P *&* S, *licet in obliquis casibus* B *habeant: vt cæleps cælibis, vrps vrbis. item in aliis ipsam retineant: vt, auceps aucupis. vnde apparet in his casibus mutare nos debere* P *&* B, *in quibus se etiam ambæ consequuntur interposita vocali. Hanc etiã regulam sequimur in* ψ, *quæ & ipsa* P H *constat: vt, Cinyps Cinyphis, quæ in nominatiuo casu* P *&* S, *in aliis casibus per* P *&* H *scribitur. Quicquam, in medio per* C, *nõ per* D, *scribi debet. in compositione enim plerumque* D *in* C *commutatur, vt in præpositionibus, accedo, accumulo. Formosus sine* N, *secunda syllaba scribendum est: vt harenosus, frondosus, aquosus, herbosus: participia vero habent* N, *vt tonsus, tunsus, mensus, pransus: quamuis antiquorum nulla obseruantia fuit, cum* N, *an sine* N *scriberent. illi enim tosus, tusus, prasus plerumque scribebant.* Y *Græcum nos in quibusdam in* V *conuertimus: vt, Cymas Cumas, cyminum, cuminum: in quibusdam non vertimus: vt, Syria, Syriacus, symbolum, sycophanta. Forfices secundum etymologiam debemus dicere, & scribere: vt si a filo dicamus,* F *debeamus ponere, vt forfices, quæ sunt sartorum: & si a pilo, per* P, *vt forpices, quæ sunt tonsorum: si a capiendo, per* C, *vt forcipes, eo quod formum capiant, quæ sunt fabrorum. formum enim dixerunt antiqui calidum, vnde est formosus. Vulgus, vultum, paruum, toruum, sunt qui putant per duo* V *scribi non debere: quod similis vocalis vocali adiuncta, non solum non cohæreat, sed etiam syllabam augeat: vt est vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus, perspicuus: & in verbis, metuũt, tribuunt, statuunt. Sed* V*elius Lõgus per rationem præsumtam decipi eos putat, qui primitiuus, & adoptiuus, & nominatiuus, & alia per* V *&* O *scribunt: nam aliter scribere, & aliter pronuntiare vecordis est: tum enim*

sentiunt,

per O scribant, per V. pronuntiant. Præterea qui contra sentiunt, non respexerunt vnum V, totiens consonantis vim habere, quotiens pro consonante ponitur, quod apud Græcos digammon vocatur: ac sic fieri ut nominatiuus duas quidem V litteras habeat, sed priore pro consonante, posteriore pro vocali scilicet posita. sic & Donatus dicit, quotiens V & I seu sibi, seu aliis vocalibus præponuntur, loco habendas esse consonantium. Humps, ut Cæcilio videtur, P habere propter M litterã non debet: quod satis sine ea littera M sonet, vel quod per omnes casus ne vestigium quidem illius appareat. Sumpsi, autem quæritur an possit sine P littera, ut humps, sonare. sed quia & in alia declinatione P respondit, cum dicimus sumptus, sumpturus, necessario per P scribi debet. A, & ab, & abs, & au præpositiones, vnius generis sunt: velut cum dicimus, a me, ab illo, abstuli, aufugi. sed obseruandum, ut tunc ab præpositio scribatur, quotiens parti cuilibet orationis coniungitur, quæ a vocali incipiat, ne dictio multis consonantibus oneretur. si vero a consonanti pars aliqua, cui præponitur, incipiat, non est ponenda ab præpositio, sed a solum: ut, a fratre, a vicino, ab homine, ab vrbe. abs vero apud nos nominibus, cum quibus in conclusione venit, respuenda est: ut est, ab vrbe venio, non abs vrbe venio, nam in compositione non est euitanda: ut, abscondo, abstineo. Au quoque his præponenda est, quæ a consonantibus incipiunt. In præpositio, si composita sit, & P, aut B, aut M sequatur, N in M conuertit: ut, improbus, imbuit, immutat: quotiens vero G illam sequitur, N amittit: ut, ignarus, ignotus. nam gnarus & gnotus simplices sunt. Ad præpositio interdum retinet D litteram, ut adfert, adfuit; interdum variat: ut ammonet, amminiculum. Plerumque euenit, ut consonantes quædam verborum

aut vocabulorum coniunctæ huic præpositioni mutentur: quando autem fiat, quando non, sono interno sentimus. Accedo duo CC, attuli duo TT, assiduus duo SS, appareo duo PP, alligo duo LL, annuo duo NN. est & vbi necesse est hanc litteram interire, id est, D: vt, aspiro, aspicio. nulla enim consonans pro D intercedit, sed omnino D deperit. Ex præpositio sequentibus B, D, G, L, M N, litteris & V & I, cum pro consonantibus sunt, X litteram amittit vt, ebibit, edidit, egessit, elusit, emicuit, eneruauit: sequente vero F, nostra consuetudine in eandem litteram mutat: vt, effundo. Ob præpositio interdum ponitur plena: vt est, obire, oberrare: interdum in eandem litteram transit, a qua sequens sermo incipit: vt, offulsit, ommutuit, opposuit. sequente vero V, loco consonantis posita, integra custoditur: vt obuersus, obuius. Sub præpositio, vt, superior, interdum B litteram seruat: vt, subire, subesse, subauscultare. interdum mutat in eandem litteram a qua sequens inchoat verbum: vt sufficit, suffigit, summouit, sumministrat, supponit, supprimit, suggerit. sequente R littera integra manet: vt, subrado, subremigo, subrideo: nec vmquam sequente R littera corrumpitur. B in S mutatur sequentibus T & C: vt, sustulit, suscepit. De præpositio aut plena in compositionibus ponitur; vt, deducere, demonstrare, detrudere: aut correptione E litteræ corrumpitur. vt, deorsum nam quando in I litteram transit, vt est,

Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras,

non est a præpositione de, sed dis: vt, distraho, dispereo. Dis præpositio sequentem litteram S non amittit: vt, dispicio: sequentibus vero B, D, G, L, M, N, R, amittit: vt dibacinat, didicit, digerit, dilacerat, dimouit, dinoscit, diripit. Interdum S littera sequente R, in eandem litteram mutatur: vt, dirumpo: nam sequente F, consuetudine in eandem

dem mutat litteram: ut diffundo. Re præpositio non tantum plena præponitur quibusdam partibus orationis, ut, remouet, refricat, respirat: sed & D litteram assumit: ut est, redire, redolere. sed interdum D littera geminatur, quotiens ab eadem littera sequens incipit syllaba, & una pars orationis expletur: ut, reddere dicimus geminata D: reducere autem simplici utimur. Trans præpositio interdum plena est: ut, transtulit, transactum, transeo, trãsitus: interdum minuitur: ut traiicit, traducit. Sine præpositio interdum assumtione litteræ D, corrumpitur: ut, seditio, sedulo. Pro præpositio cum sit naturaliter longa, interdum in compositione corrumpitur: partim correptione, ut proauus: partim assumtione litteræ D, ut prodest, proditus, prodigus. interdum integra est & ipsa, & pars cui coniungitur: ut procuro. sequentibus I & V, cum pro consonantibus sunt, nonnunquam litteram perdit, aut mutat, ut, prouidens: aut adsumit, aut corripitur: ut, profertur. Circum præpositio sequentibus vocalibus, M litteram in enuntiatione amittit, in scriptura seruat: sed & cum I & V vocales loco consonantium positæ sequũtur, & scribitur, & pronuntiatur: ut, circumuenit, circumiacet. Ante præpositio interdũ integra manet: ut, anteactũ, anteuenit, antecedit: interdum mutatione in I litterã corrumpitur: ut, antistat, anticipat. Inter præpositio in una voce sequente L littera, R in eandem mutat: ut intellego. ceteris litteris sequentibus vocalibus, per voces integra manet: ut, interit. Cuius, & cui, pronomina per Q scribebantur: nos autem & ad breuitatem festinauimus scribendi, & illam pinguedinem limare maluimus. Accerso per C, & arcesso per R: sed accerso significat aduoco: arcesso, repello, prohibeo. Coqui, Gratus artigraphus per C primam syllabam, secundam per Q scribendam pu-

tauit. non enim dicimus cocere, sed coquere : vt Virgilius,- apricis coquitur vindemia saxis. V *littera in quibusdam partibus orationis vitiose inseritur, vt in eo quod est vrguere. vrgere dicimus enim non vrguere. Virgil.* Vrgentur pœnis- *sine* V *positum est & illud,* Vngere tela manu, ferrumque armare veneno. *nam quominus vnguo debeat dici, euidenter apparet. nullum enim verbum est vo terminatum, siue iunctim, siue solute, vt non eandem* V *seruet in præterito. vt, Voluo volui, eruo erui. vngo vero non vngui, sed vnxi facit: quomodo pingo pinxi: & tamen non vtique nomini quod hinc fingitur, sic insertam videmus* V *litteram, vt euelli non possit. sicut apud eundem Virgilium,-* & pingues vnguine tędas. *& in consuetudine vsurpatũ vnguentum dicitur, quod tamen sine* V *debet scribi. Leprosi, a proritu nimio ipsius scabiei dicti sunt, & ideo per* P *scribi debent. Mille, numerus a quibusdam per vnum* L *scribitur: quod milia dicimus, non millia. alij melius per duo* LL *existimant scribendum.*

V.

EX ADAMANTIO MARTYRIO de V. & B.

V A *syllaba, præfulgens in capite nominis, per* V *vocalem loco positam consonantis scribetur: quoniam apud Latinos hæc littera plus valet quam* B *muta, quæ & vocalis est: & dum crassiorem exprimit sonum, transit in consonantium potestatẽ: vt, vates, vanus, vagus, validus, vacuus, exceptis basio, balineo, & baculo, a quo bacillus nascitur deminutiuus. Illa quoq; nomina, quorum secũda syllaba in* A *litterã desinit, per* B *mutam scribẽtur, vt bãbalo* ψελλιστὴς, *bacca, balathro* ἄσωτος, *balatus,*

βλη-

βληχηθμός, barathrum, barbarus, ac talia. V *e correpta, nominis principium obſidens,* v *digammon ſimiliter habebit in ſcriptura. ut, venenum, vena, verecundus, venerabilis, vetus, vehemens, vehiculum : ita tamen, ſi non ab aduerbio, quod eſt bene compoſitionem habuerint nomina. hæc namque per* B *mutam notabuntur, eo quod aduerbium bene per* B *mutam ſcribi ratio regularis cõpellit: hac de cauſſa conſtat quædam aduerbia a nomine venire ; & ſi nominis datiuus caſus ſingularis in* O *deſinat, ultima* O *littera in* E *tam breuem , quam longam conuerſa facit aduerbium: ut, doctus, docti, docto, docte: malus, mali, malo, male. ergo & bonus, boni, bono, bone debuit facere: ſed ne vocatiuus caſus non aduerbium putetur, ut eſt, o bone vir , viſum eſt etiam penultimam* O *literam in* E *conuertere: ut hoc aduerbium, illud nomen indicet. igitur a bono factum eſt aduerbium bene. bonum vero per hanc litteram ſignificari monſtrabunt ſequentia. itaque ſi ab aduerbio, quod eſt bene, compoſita fuerint nomina, per* B *mutam ſcribuntur: ut, benignus , beniuolus, beneficus, dumtaxat a benefaciendo: nam a veneno per* V *ſcribi nullus ignorat. Meminerimus tamen beatum a ſuperiore abhorrere regula: quia primam ſyllabam nulla ſequitur conſonans. Et quoniam huic opponitur regulæ, vehemens & vehiculum, ammonemus hoc facere adſpiratione, ut in multis ita hic quoque* V *prælatam videamus, quam poni pro conſonãte poſſibile eſt. Væ diphthongus ſiue ſola eſt, ut, væ miſero mihi; ſiue cum nomine cõponit vſus: ut væſanus, per* V *digammon ſcribitur. Ve producta ſimiliter in capite nominis conſtituta , ſi quidem maſculini vel neutri generis erunt nomina , in quibus hæc præpoſiti ſyllaba, per* V *vocalem, pro conſonante ſignabitur, ut, venator, velum, veretrum μόριον,*

venabulum. ſi vero erunt feminina, tantummodo, quorum origo a maſculino genere venire non cernitur, per B *mutam ſcribentur: vt beſica, bellua ; beſtia: ita tamen, ſi non duarum fuerint ſyllabarum, nam mutabăt ſcripturam: vt, vena, veſpa, & his ſimilia. his quoque opponitur beta, quam Graeci σεῦτλον appellant, quoniam in Graeco idem genus obſeruari non potuit. Praeterea quaerimus cur veritas, & feminini generis exiſtens, & ſuperans diſyllaborum naturam, per* V, *non per* B, *ſcribatur. ſed dicimus, quia non eſt prima nomen poſitionis, ſed deſcendit a mobili genere. eſt enim verus, vera, verum, ex quo naſcitur appellatiuum, veritas: & ideo primiformis ſui regulam neceſſario defendit. Simili modo & venatrix, maſculini ſui originem ſequitur. Vi longa vel breuis nomini praebens initium, ſi a numero bis, compoſita fuerit, per* B *mutam ſcribetur. diſcretionis enim gratia, bis numerus per hăc litteră ſcribitur, vt ſeparetur a nomine monoſyllabo, quod eſt vis, & neceſſitatem ſignificat: veluti, biceps, bilinguis, biformis, bipatens, biēniũ, bimũ, biga, biduũ, bicolor, bipennis, biiugum, ac talia. Si autem pura remaneant numero,* V *traductam in conſonantium poteſtatem habebũt poſitam: vt, victor, vinum, vitis, victus, vinitor, vita, vidua, vipera, viator, vitiſator: praeter bitumen, quod neutri generis conſiſtens, numerum diſyllaborum exceſſit. bile etiam diſcretionis cauſſa. nă ſi fel ſignificat, per* B *mutam; ſi abiectum aliquid, & parui pretij, per* V *ſcribetur. Bibula autem a verbo, quod eſt bibo, traducitur, cuius poſtea regulas dabimus. Vo breuis vel producta, ſeruans principium nominis, per* V *litteram, vocalis amiſſa poteſtate, ſcribetur: vt, voluntas, voluptas, vorago, vocabulum, vomitus, votum: bono tantummodo regulam ſuperante, eo quod in tria genera diſpertitum ſit,*

sit,cum prædictorum nihil naturam mobilium recipiat. Bu seu producta,seu correpta fuerit,præpositam B *mutam habebit:vt buxus,buso,bustum,bucina,bucula , & huiuscemodi omnia.nullo enim modo poterat ipsa sibi* V *præponi,non coniuncta etiam aliæ consonanti in prima syllaba:cum tamen dissimilis continuo littera fuerit subsecuta:vt,vultus,vulgus, Vulcanus,per* V *digammon scribentur. nam si prima syllaba desinat in consonantem,ex qua etiam secunda incipiat,*B *mutam retinet in scriptura.vt bucca,bulla,& similia. Vac syllaba quoties præposita fuerit,*V *vocalem habet pro consonante: vt vacca,id est,iumẽtum:vaccinium, id est,flos.nam Bacchus, & Baccha,bacchari,bacchar,per* B *scribenda sunt.Bec, & Bic syllabas inuenio deficere,Boc vnum barbarum didici,quod est Bocchus , quod* B *mutam habere cognouimus in scriptura. Et sciendum,quod nomina peregrina, si trahantur ad Latinum sermonem ,* B *mutam sibi plerumque defendunt .ideo autem dicimus plerũque, quia sunt quæ Latinis regulis seruiunt,vt Massiua. hoc enim nomen licet barbarum esse constet,tamen regulam Latinam in scriptura seruat , quam suus locus monstrabit. Buc syllabam in vno reperi solummodo nomine, hoc est bucca, quod per* B *mutam scribitur.Val prima syllaba,si quidem* L *littera fuerit consecuta,per* V *scribetur:vt, valles,& vallum.nam balæna,& ballista , per* B *scribendæ sunt. Si vero* L *non sequatur littera.per* B *mutam signabitur:vt,balteus,balbus,baluæ,id est,ianuæ: præter aduerbium valde,eo quod per detractionem* I *litteræ, dictũ esse non dubium est.valide enim integra dictio consistit , vt arbitror:& hoc nãque euenit de nomine:facit enim validus,validi,valido:ergo validè aduerbium facere debet. vnde si voluerimus incorruptã emittere dictionem,pri-*

mæ syllabarum subiaceret regulæ. Vel syllaba, si sola permanet, erit coniunctio disiunctiua, quæ per V omnifariam scribetur: si vero caput fuerit nominis, B mutam habeat in scriptura: vt, bellum, bellissimum & bellaria: præter vellus, discretionis gratia: nam si per V vellus scribatur genere neutro, ac declinatione tertia nũcupetur, vt lanam significet: hoc vellus enim, huius velleris facit: si autem per B mutam notetur, genere masculino ac declinatione secunda declinabitur, vt scitum denuntiet. hic enim bellus, huius belli, id est, scitus, & iocosus, per casus declinabitur. Vil syllaba, si fuerit antecedens, V vocalem habebit pro consonante: vt, villus vestimenti: villa, id est, possessio. Bam etiam vocalibus aliis interuenientibus in prima syllaba nullius nominis enuntiari cognoui, nisi in glossematibus. B.ãmum ὀξύζιον, atque bãbalo ψελλιςῆς: quæ per B mutam scribuntur. Van, & Ven, & Vin syllabæ, V vocalem habebunt pro consonante; vt, vannus, ventus, vindicta. Vap, præfinita syllaba V vocalẽ habebit pro cõsonãte: vt, vappa ὑδαρής. alias vocales inter V & P collocatas inueni deficere. Bar cũ incipit syllaba, B mutam habebit positam: vt, barrus ἐλέφας, bardus ἀναίσθητος, bargus ἀφυής. barba. Excipitur nomen propriũ Varro tantummodo. Ver, & Vir syllabæ lõgæ vel breues, V vocalẽ loco positam consonantis habebũt: vt, vertex, virgiliæ πλειάδες, verbũ, virus, virga, virgo; virtus, Virbius. Excipitur ab hac regula tãtummodo berna, quod nomen licet ego inuenerim per V scriptũ, tamen inlustris memoriæ virũ Mẽnonium, hominẽ omnis facũdiæ iudicẽ, audiui dicẽtẽ, se de hoc reprehẽsum a Romano quodã disertissimo, quod per hãc enuntiauerit litterã nos quoq; notauimus, ac tentauimus rationẽ redde-

re,

re, quasi diuersitatis caussa: si enim berna domi genitum significet, id est, οἰκογενής, commune est duum generũ secundũ veteres, triũ vero secundũ meã sententiã, & per B mutã scribitur: si vero tẽporale quoddam denunciet, erit mobile. a vere enim vernus, verna, vernum fit, vt si quis dicat, vernus sol, verna hirundo, vernum tempus: & V, sicut prototypon eius in scriptura tenebit. His ita se habentibus, possumus etiam intelligere bernam dictum esse eum, qui in bonis hereditariis natus est. bona vero per B litteram scribi supradicta ratio demonstrat. Vor syllabã neque breuem neque longam in Latino sermone vlli inueni præpositã nomini, nisi vortex, pro eo quod est vertex: sicuti volnus antiquos figurasse meminimus. Bur similiter cognoui deficere, præter hoc quod in proprio dicimus nomine, id est, Burria quod etiam per B mutam scriptũ esse secundum regulam nouimus in supradictis expositam. Bes longam similiter nomen monosyllabum reperi: significat autem vncias octo. quod B mutam tenere consuetudo tradidit in scriptura, breuem inuenire nõ potui. nam vesper, vectis, ac similia, licet per V vocalem pro cõsonante scribantur, tamen iuxta rationem supradictam, vbi fecimus bes correptam per B mutam debere scribi, debent per V scribi: quoniam S littera sequenti syllabæ sine dubio iungitur. Vos, si pronomen fuerit, in monosyllabo per V litteram scribitur: cum vero disyllaba fuerit, id est, vobis, prima syllaba per V, secunda per B scribetur: quando autem iumenti nomen inuenitur, vt est, -Procumbit humi bos, B mutam habebit in monosyllabo nominatiuo & vocatiuo casu. cum vero per alios casus cœperit geminari, in prima syllaba B continet, in secunda V, vt, bonis, boui, bouem, a boue: sicut in supradicto pronomine variatis contrario litteris constat effectum.

Bat in vno tantum reperitur nomine generis neutri, pluraliter enuntiato, id est, battualia, quæ vulgo battalia dicũtur, quæ B *mutam habere cognouimus. exercitationes autem militum vel gladiatorum significant. inde etiam battuatores τοὺς βασανιστὰς dici puto. Vu per* V *scribitur: vt vita. Vix, & vox monosyllaba dixi modo quod per* V *litteram scribantur. Alias vocales* X *quidẽ littera antepositas,* B *autem littera cohærentes, Latina nescit omnino facundia.*

VI.

DE MEDIIS SYLLABIS EIVSDEM Adamantij Martyrij.

D E PRIMIS *syllabis in capitibus nominum positis, quantum potuimus, sine prætermissione tractauimus. notum enim omnibus esse credo, quod necesse est* B *litteram nostro labori propositam, si consonans fuerit consecuta in quacumque dictione, eam sine dubio scribi: vt blandus, gibbus κυρτὸς, bratteum, latebræ, tenebræ, atque omnia talia. Nunc rationabiliter mediæ syllabæ nostrum sortiantur laborem. Va syllaba in medio nominis posita, per* V *scribetur: vt auarus, caluare: præter carbasum; quod nomen Græcum magis quam Latinum arbitror. ambages enim per* B *mutam notatur, vel quod præposita est* M *littera, vel quod ex duobus corruptis nomen arbitramur compositum, quasi amboacta. vnde dicitur etiam ambire. Ergo composita vel appellatiua, vel traductitia, siue factitia, id est, quæ ex aliis facta sunt, notare debemus, vt sequantur prototypa, id est, primas positiones: vt, nouus nonalis, riuus riualis, & diriuatiua ab Alba Albanus, a silua Siluanus, a priuo priuatum, a libo libatum. Ve* correpta

correpta, siue sola fuerit, siue adiuncta consonanti, per v vocalem loco positam consonantis notetur: vt, iuuenis, alueus, fouea, aduena, iuuencus, cauerna, nouerca, & aduersus præpositio, præter trabeam. gubernator enim licet per B mutam scribatur, tamen hoc nomen arbitror a guberno verbo figuratum consistere: cuius regulas postea meditabimur, cum ad tractatum B litteræ trifariam in nomine positæ venerimus: ita tamen si non deminutiua nomina, vel deriuatiua fuerint. illa enim, sicut superius diximus, prototypa sua sequentur: vt, liber libertus libellus, imber hibernus, flabrum flabellũ, tabula tabella, taberna tabernaculum, bellator imbellis vel imbecillis, fabula fabella. quæ omnia per B mutã ceu primiformia scribentur certissime. Be producta, per B mutam omnifariam scribetur, vt verbena, rubeta, ambesum, habena. excipitur auena, quæ significat tibiam, vel stipulam, discretionis gratia. nam seuerus, quia a sæuo venit, posteritatis caussa vus, syllabæ consequitur regulam. Vi breuis, per v vocalem habentem vim consonantis, scribetur: vt, Fauius, Flauius, auidus, fluuius, ciuitas, fauilla, prouincia, exsuuia, manuuia, obliuium, diluuium, suauium, liuidus, simpuuium εἶδος σκεύους ἱερατικοῦ: præter obitum nomen, & subito atque obiter aduerbia: quæ ob & sub, vt pote præpositiones antiquas puto in scriptura seruasse B litteram, non mediæ, sed primæ adiungentes syllabæ. Virbius est abstractus a regula, quoniam virum bis factum esse memorant: quem numerum per B mutam scribi antedicta declarant. quidam virum bonum, alij vero Virbium tamquam sit ἥρως ἀναβεβιωκώς, alij deum esse qui viribus præsit, interpretantur. his præterea notatur ambiguus: namque M semiuocali præposita in vna eademque dictione, numquam v littera pro consonante sequi-

tur.huic opponitur quamuis:sed hoc videtur esse compositum , cum posterior vis syllaba subiungatur plurimis: vt,abs quouis,quorumuis,vtrumuis,ac talia.Obseruandum tamen,ne es plura syllaba terminauerit nomina : si enim fuerint ita enūtiata per B *mutam media syllaba sine dubio scribentur:vt,abies,scabies,rabies. Hæc autem species bipertita quoque consistit. nam si trisyllaborum maiorem habuerit numerum , per* V *necessario notabitur:vt,illuuies,proluuies,ingluuies,subluuies. Lis syllaba terminata,per* B *mutam scribi compulit nomina:vt,nobilis,mobilis,laudabilis,mirabilis,debilis,habilis,effabilis,exceptis seruili,ciuili,& ouile,quæ a seruo,a ciue , atque oue,vis syllabæ posteritatis deducunt originem,cuius postea regulas meditabimur.licet enim habitus,excubiæ, probitas,arbitrium,dubium,ac talia,per* B *mutam scribantur,tamen hac de caussa, quoniam a verbis figurata consistunt.& sciendum, quod quæcumque nomina cum verbis habent societatem , verborum regulis quas propterea loco suo dederimus,ipsa quoque necessario subiacebūt.*BI,*longa si penultima fuerit,per* B *mutam scribetur, vt,libido,rubigo,tibicen,ambitus, concubina , cubile. sed hæc etiam manifestamus , quod horum quædam in transfiguratione corripiuntur : vt, tubicen , tibia. cubile,cubitus,conubium : quæ licet vim longarum amiserint,tamen eandem scripturam & in deriuationibus desiderant custodire. Sciendum præterea, quod si in compositis nominibus , vel in antepenultima sede vi longa inciderit syllaba,per* V *vocalem pro consonante scribetur:vt,inuitus,diuigenus,Lauinia,priuilegium , ac talia priuignum etiam huic regulæ inseruire non dubito:quod per detractionem* g *litteræ dici puto. Priuigenium enim integram magis esse dictionem arbitramur.*

Amme-

Ammonemus quoque in deriuatiuis hic esse sicut vbique tractauimus primiformium regulas: vt, ceruix, ceruicale, puluis, puluinare: quas a posteritate syllabæ venientes paullo post retegemus. Hanc regularum diuisionem confirmat scriptura conuiuij. nam dissimili tempore viui syllabæ constitutæ notatur similiter: quia prior, id est, antepænultima longa est, & speciem regulæ meruit paullo ante memoratæ, vbi meminimus vi longam in antepenultima sede constitutam, per V *vocalem habentem vim consonantis, necessario scribi: manens altera breuis supradictæ seruiuit regulæ, vbi diximus vi breuem in medio nominis positam per* V *vocalem notari. regulam ergo absurde non arbitror esse diuisam. Vo syllaba longa vel breuis, in medio nominis posita, per* V *scribetur: vt, aduocatus, friuolus, deuotus, Fauonius, diuortium, abortus & suboles, regulam propter præpositiones, vt puto, negantibus. Bu syllaba per* B *mutam notetur certissime: vt, tribunal, robustus, vocabulum, stabulum, ebulum, vestibulum, cunabulum, moribundus, furibundus, atque omnia talia, auunculo tamen minus regulæ connumerato: ideoque formam deminutiui, vel deriuatiui seruare minime dubitatur, & quasi venire ab auo demõstratur. auum vero per* V *digammon scribi suus locus monstrauit. Hac de mediis syllabis.*

VII.

ITEM EIVSDEM MARTYRII de vltimis syllabis.

RELIQVVM *est vltimis nominũ syllabis imponere studium. Va syllaba nominis terminata, siquidẽ* I *antelata littera, vel vocalis natura longa in pænultima fue-*

rit,per v *scribetur:vt silua,malua,vlua,vulua,claua,vena,stiua,oliua,saliua:prater balbus,si tamen prior syllaba per* B *mutam scribetur,discretionis gratia, ne non fores, sed ineffabile vocis denuntiet:nam si* θύρας, ἢ τὸν πυλῶνα ἀμφίθυρον *significabit , per* v *digammon vltimam scilicet syllabam,de qua & nunc loquimur,scribetur.Persius,*-balua denare locutus.*si vero hac,id est,* L *non prafulgeat littera,& vna vocalis natura longa non erit penultima,*B *mutam deceter in scriptura tenebit, ita tamen.si non a masculino genere nomina fuerint figurata:vt,herba,tuba,turba,larba* δαιμόνιον *, barba,obba* ποτήριον,*gleba,pronuba,orba.excipiũtur caterua, Minerua,quod disyllaborum huius regula superant numerum,habent longam positionem penultimam. Ve syllaba correpta,per* v *sine dubio scribentur,siue a se oriantur nomina,seu ab aliis veniant:vt conclaue,suaue,siue,quidue atque his similia.Bi non inueni terminatam,nisi in pronominibus datiui casus, & in aduerbiis qua per* B *mutam omnifariam scribuntur:vt,tibi,sibi,vbi, ibi , & in pronominibus pluralibus,nobis,vobis. Et semel sciẽdum quod quacũque nomina, siue pronomina in datiuo casu, singulari vel plurali* B *litteram habeãt,in alio casu penitus eadem non fulgente littera,per* B *mutam scribentur: vt,omnibus,similibus,pluribus,ac talia. Bo syllaba definita,per* B *mutam scribetur : vt,turbo & orbo,bubo & tabo,licet per ablatiuum casum enuntietur, excepto pauone solummodo.Bal syllaba terminata , per* B *mutam scribentur,qua in barbaris nominibus , aut Latinis nos nouimus inuenisse:vt, Hannibal, Hasdrubal. Alias vocales inter* B *&* L *conlocatas reperire non potui. Bam & bem syllabas, cum aliis vocalibus in nominatiuo casu a Latino sermone abhorrere cognouimus, excepto nouem.*

significat

significat autem indeclinabile numerum qui per V *scribitur: notatis etiam quibusdam neutralibus, quæ postmodum aliis subijciemus generibus. Bar & ber syllabæ terminatæ, per* B *mutam scribentur, si disyllaborum non egrediantur numerum, quorum naturaliter longa minime carebit penultima, id est, si non fuerit trisyllaba, quæ naturalem longam non habebit penultimam: vt, iubar, liber, imber, vber, faber, suber, Calaber, Mulciber. si enim trisyllaba fuerint neutri generis, quæ longam penultimam naturaliter habebunt, per* V *vocalem loco positam consonantis notabuntur: vt, cadauer, papauer, & similia nam puluer, sit licet disyllabum, tamen antiqui duplicem nominatiuum enuntiare maluerunt. non solum enim puluer, sed etiam puluis dixerunt. hac de caussa per* V *scribitur. Vir per* V *vocalem vim consonantis habentem scribitur: vt, semiuir, triumuir, licet composita, non simplicia sint. Vor, per* V *notetur: vt liuor, & Mauors. si tamen hoc nomen in hac parte poni necessarium ducimus. quidam enim non solum Mars, sed etiam Mauors, vnde & Mauortia dici volunt, excepto arbor, quia nuncupatur & arbos, quæ per* B *mutam scribi docuit consuetudo. nam labor, fauor, feruor, pauor, ex verbo figurata, verbi quoque non abnegant regulam. Bur syllaba terminata,* B *mutam in scriptura tenebunt: vt ebur, robur. Ves breui finita syllaba per* V *vocalem pro consonante scribetur: vt, diues. Bes longa cum fuerint terminata,* B *mutam tenebunt in scriptura: vt, labes, tabes, pubes, nubes. quamuis nubis quidam nominatiuum enuntiare maluerunt. Vis per* V *vocalem loco positam consonantis scribitur: vt, ciuis, niuis, nauis, clauis, grauis, puluis, sueuis: licet enim scrobis & orbis per* B *mutam scribantur, hoc tamen hac de caussa, quoniam quidam nominatiuum singularem*

sine I *littera enũtiare voluerũt Bos per* B *mutã vt ar'os, sicut superius meminisse cognoscimur. Bus, siquidẽ masculini generis tantum nomina fuerint, per* B *mutam scribentur: vt, cibus, nebus, morbus, rubus, globus, nimbus, lembus, lumbus, neruo notato solummodo. quia si illi e longa fuerit præposita, faciet verbum. eneruo enim ἐκνευρίζω, positio verbi dicitur, cuius rationem cum de verbo locuti fuerimus, maturabimus reddere. Obseruabimus tamen, si disyllaborum non egressa fuerint numerum a penultima, & vna vocali naturaliter longa minus habeant: nam mutabunt scripturam: vt, riuus, cliuus, aceruus, nominatiuus, & ceteri. sed quia Corœbus supergreditur numerum disyllaborum, per* B *mutam notatur. & sciendum quod ideo hanc litteram tenuit in scriptura, vel quia peregrinum nomen, minimeq; Latinum existit, vel quod penultimam longam non ex vna vocali, sed ex diphthongo meruit. si vero mobilia vel promiscua fuerint, per* V *vocalem loco positam consonantis scribentur: vt, nouus noua nouum, sæuus sæua sæuum, ceruus cerua, curuus curua curuũ, toruus torua toruũ, clauus claua, licet aliam per genera significationẽ suscipiãt, auus auia, ceruus cerua, flauus flaua: quam similiter alter intellectus sequitur, nisi femininum discretionis gratia per* B *mutam voluerimus scribere: caluus calua, & coruus promiscuũ, & hic & hæc aluus, alterum per genus significans orbo, gibbo, probo, subductis a regula, & albo discretionis gratia. nam cum ventrem significat, per digammon* V, *cum colorem, per* B *mutam scribetur certissime. Sciendumq; similiter, quod hic quoque disyllaborum superantia numerum eandem scripturam retineant: vt, superbus superba superbum, acerbus acerba acerbũ. & palũbes promiscue, licet Virgilius feminino genere extulerit,*

Nec

Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes.

excipitur proteruus.nam lasciuus per V *scribitur : quoniam longam naturaliter pænultimam tenuit. Et sciendum,quod siue erunt disyllaba, siue hunc ampliauerint numerum,siue vnius,siue trium generum fuerint , si secundam ab vltima longam habeant,omnia per* V *vocalē pro consonante scribentur:vt,riuus,cliuus,flauus,positiuus,comparatiuus,& talia. Meminerimus, tamen quod mobilium nominum feminina, neutraque genera, similem masculinorum suorum scripturam suscipiunt: vt,flauus flaua flauũ,albus alba albũ,ac talia. Sed quia nõ omnia in bus desinentia existũt mobilia,sicut in principio huius regulæ genera diuidentes nos disseruisse meminimus,(quædam enim masculini generis inueniuntur solummodo:vt,cibus,nimbus:quædã masculini & feminini vt,ceruus cerua quædam neutra:vt,æuum) sciẽdum est,quod neutra , quæ a posteritate bus syllabæ non veniunt,per* V *digammon scribuntur:vt,ouum,aruum, heruum,excepto libo,id est,πεπάνω. verbi enim vltima syllaba per* B *mutam scribitur hac de caussa, quod a verbere dictum esse veteres existimarũt,cuius rationem in antelatis tradidisse cognoscimur. Vax,& vex,& vix, vnum tantummodo nomen per vnamquamque syllabã reperi terminatum:vt,viuax,vibex,veruex , ceruix: quorum medium per* B *mutam:quæ vero vtrimque extrinsecus sunt,semper per* V *significari cognouimus. Reliquas ab his consonantibus insertas vocales Latinum minus accipit eloquium. Ea vero,quorum solutio superius compromissa est in tractatu sequenti de* B *littera trifariã in nomine posita,congrua declaratione patefient.*

VIII.

EIVSDEM ADAMANTII MARTYRII de B littera trifariam in nomine posita.

DE B *littera trifariam in nomine posita, quantum possibilitatis fuerit, sufficienter, vt opinor, tractabimus, Ab expositis enim recte iam intelligere possumus, si quid eueniet dictorum contrarium. ibi namque considerare debebimus, ne aliquod dissimile fuerit vel genere, vel numero syllabarum, vel temporum significatione, vel si ex alia parte orationis descenderint: quæobseruantes, minus vt reor, errabimus. Restat vt nos de* B *littera quæ similiter in verbis inuenitur tractemus, plenam imponẽtes, vt puto, laboribus rationem. nam si ex nomine verboque oratio perfecta componitur, hanc quoque partem & immeditatam relinquere non necessarium est, & super ea valde laborare superuacuum iudico. De hac igitur parte restat, vt, quantum possumus, breuiter meditemur, indicatiui modi primam inspicientes personam, verbi scilicet actiui, vel etiam neutri. sicut enim actiuum, sic & passiuū scribetur. nam in communibus, & deponentibus, nullam inuenire potui quæstionem: ex datis enim in nomine regulis, exponendisque quæ in verbo inueniuntur, indicabuntur facilius. Primæ autem personæ similem formam sequentes, retinere non dubium est: & quia omnia prima syllaba verborum in communibus aut deponentibus veniunt, media quoque per* V *vocalem loco positam consonantis scribitur; excepto baiulo, bullio, etiam iuxta eam quam in prima nominum syllaba dedimus rationem. Bibo quoque propter discretionem, a vita per* V, *a potu per* B *scribendum est: vt ab eo, id est, discedo, obeo circumeo, subeo succedo, ac similia, præpositionum gratia per* B *arbitror scribenda esse: etiam deponentes* B *mutam in scriptu-*

ra

ra tenere vsus & consuetudo antiquitus tradidit. Reliquas, vt vires sufficiunt, vna regula generali tractare tentabimus quoque in regulis nominibus datis firmis ac manentibus, etsi in verba figurētur. vt enim verba in nomen ducta, verborū regulas nō amittunt, ita nomina loco posita verborū origine regularū carere nō possunt. ergo si tempus præteritū modi indicatiui, in vi terminauerit syllabam media atque vltima syllaba personæ primæ tēporis præsentis, per v vocalem loco positā consonātis scribetur: eo quod omne præteritum perfectum vi syllaba terminatū, præter bibi, per v scribitur: vt foueo foui, faueo faui, moueo moui, paueo paui, expaueo expaui, lauo laui, iuuo iuui, seruio seruiui, exceptis lambio lambiui, ambio ambiui, ac talibus, quam litteram præpositæ scriptura mutauit. Ferueo, & si in præterito perfecto ferui facit per v. cui etiā ego magis adsentior, ferbui tamē per b mutā scribetur: ita tamen, si primæ coniugationis ac primæ speciei verba non fuerint. illa enim per b mutā semper scribentur: vt, libero liberas liberaui, guberno gubernas gubernaui, exubero exuberas exuberaui, sibilo sibilas sibilaui, dubito dubitas dubitaui, hebeto hebetas hebetaui, titubo titubas titubaui, habito habitas habitaui. excipiūtur inuito, & deruo iuxta rationē quā superius diximus, omnem primam verbornm syllabam, præter hæc quæ paullo ante memorauimus, per v scribi: quoniā in & de præpositiones esse nemo dubitat. Nauigo enim & acerno, ἐπιπλῶ, σωρεύω, ac talia, in nomine datis subseruiunt regulis, & hæc quoque species in duas partes diuiditur. nam si disyllaba fuerint, scripturam mutabunt: vt, leuo leuas leuaui, seruo seruas seruaui, curuo curuas curuaui, nouo nouas nouaui, ouo ouas ouaui, excepto orbo. nam turbo a turba nomine descendens,

ba syllabæ posteritatis iure detinuit regulam. probo enim puto dici per detractionem R litteræ, cum contrarium eius exprobro nũcupatur: & ideo B mutam arbitror apponendam, iuxta regulam, quam in nominibus nos dedisse meminimus. & libo a Græco translatum esse confidimus. Præterea quærimus, quare verbũ eneruo disyllaborum supergrediens numerum, & coniugationis primæ, ac primæ speciei consistens, non per B mutam, sed per V scribitur? & dicimus, quæstionem soluentes, quia est lõga præpositio, & ideo disyllaborum arripuit regulam. sed quia inuenio quædam verba in vltima quidem aut antecedente syllaba primæ personæ V litterã non habere, in secunda vero continere personæ: vt, volo vis, malo mauis: quædam in præterito tantum perfecto, non tamẽ impositione sua: vt, gaudeo gauisus sum: & rursus in præterito perfecto V litteram penitus non habente, alias personas in temporibus aliis eandem tenere litteram: vt, viuo vixi: sciendum est illam V litteram, vocalẽ pro consonante haberi in scriptura. Si vero præteritum supradictum in bui, aut in si, aut in psi syllabas desinat, per B mutã sine dubio scribẽtur: vt, præbeo præbui, iubeo iussi, scribo scripsi, ac talia. Credo etiam de verbis hanc regulam nos dedisse plenissimam, cum temporis præteriti imperfecti vltimam syllabã, modi scilicet indicatiui, per B mutam, vt amabam, volebam: & præteriti perfecti eandem vltimam, & plus quam perfecti penultimam, per V vocalem loco positam consonantis, vt amaui amaueram, volui volueram. Futuri quoque eiusdem terminus, si primæ & secundæ tertiæque productæ coniugationis verba fuerit, per B mutã scribetur: vt, amo amabo, voco vocabo, doceo docebo, moneo monebo, nutrio nutribo, audio audibo. & subiũctiuo seu coniunctiuo vltimas per V voca-

lem pro

lem pro conſonante ſcribi debere, antiquos tradidiſſe cognoſcimus: vt volebam, volueram, voluerim, voluiſſem, voluero, ac talia. eorum ſcilicet verborum, quorum prima perſona aut V *vocalem habuerit pro conſonante in vltima ſyllaba: vt, Leuo, priuo: aut penitus eadem littera non apparente. eodem loco ſcilicet, eademque perſona. vt, habito, biberno, amo, doceo, ac talia. nam quæ habebunt* B *mutam in prima perſona præſentis, vt dictum eſt. temporis, quorum præteritum in bui, aut in ſi, aut in pſi ſyllabas deſinit, eandem* B *mutam in omnibus temporibus modorum omnium, vbicumque inciderit, ſeruare a[illegible]ſiderant.*

VIIII.

EVTYCHES DE adſpiratione.

QVAMQVAM *alias quoque voces ad adſpirationem pertinentes non paucas, quæ non erant ab idoneis. auctoribus frequentatæ, ſciens præterij, ne nimia magnitudine voluminis eſſem moleſtus: tamen quoniam pleroſque legentium plus licet ſterilis breuitas, quam vtilis cõmentariorum delectat prolixitas, eadem quaſi per epitomã mihi repetere placuit, & omnium tam veterum teſtimoniis quam redditis vbique rationibus prætermiſſis, ipſas tantummodo meras exponere regulas: vt antedicta ſtudioſioribus, & poſteriora ſatisfacere videãtur his qui longiora faſtidiunt. Omnis vox Græca vel barbara, ſuũ ſeruat apud Romanos, tam in vocalibus, quam in conſonantibus ſpiritum: vt, Halys, Hecuba, Hegio, Hieron, Homerus, hymen, hora diei, Thybris, Phœbus, Chorus, Rhenus, Hannibal. Omnes articuli a vocali incipientes,*

cū adspiratione proferuntur: vt, hic hæc hoc, hi hæ hæc, absque vocatiuo O, *&* A. *Aduerbiis tamē localibus adspiratur: vt, hic, huc, hinc, hac : nisi cum pronominibus componuntur, illic, istic, istæc, istuc, istac. tūc enim amittit collisione vocalium spiritum, quem aliæ compositiones etiam in mediis semper vocalibus seruāt: vt, adhuc, prohibeo, exceptis paucis corruptis. quæ excludunt penitus spiritum, sicut superius dictum est: vt, postumus, post humatum, id est, post sepultum patrem natus. bimus, trimus, quadrimus, quasi a bis, ter, quater ab ista hieme dicta. manubrium, quasi manu haberium: peteredium a petendis hereditatibus. cum hoc ipsum etiam quibusdam soleat euenire simplicibus: vt, veho traho, vexi traxi, mihi mi. nihil nil, prehendo prendo, vehemens vemēs, & similia, sicut ante relatū est. Omnis vocalis, vocali inlata, seu diuisa, seu in diphthongo copulata, caret adspiratione: vt aënus, æreus, ædes, ædilis, æger, Ælius, Æmilius, æquus, æquor, æs, æstimo, æstas, auum, auceps, audeo, audax, ausus, audio, augurium, augeo, austro, aulcum, aura, auris, aurum, ausculto, autumo, & aut coniunctio, exceptis hædus, haurio, hio, hisco, hau , & quicquid ab his componitur, vel deriuatur. nam hæc vt articulo adspiratur: vt, heu & hei interiectionibus, & verbo heiulo, quod ab hei vel heu traductum est; heus, & heia vt aduerbiis vel interiectionibus. Omnīs vocalis,* B *sequente, leniter enūtiatur: vt, abies, ebur, ibi, ob, vber, notatis habeo, habes, & quicquid ab vno quoque eorum fit. Omnis vocalis,* C *sequēte, leniter profertur: v, acies, ecce, oculus, ocior, absque articulis & aduerbiis: vt , hic, & hæc & hoc. Omnis vocalis,* D *littera sequente, leniter enuntiatur: vt, ador, audax, edax, odor, vdus. notatur Hadria, hedera. hodie enim ex hoc die compositum seruauit arti-*

culi

culi adſpirationem. Omnis vocalis ante F G L N P Q T V caret adſpiratione: vt, Aſer, ager, ala, apis, aqua, ater, auus, affero, egeo, enim, epula, equus, & coniunctio ignis, iter, opus, otium, ouis, vter, vua. de agni enim apſo, id eſt, vellere, in ſuperioribus dictum eſt. Omnis vocalis L. ſequente, abſque E, leniter enuntiatur: vt alea, ales, alo, id eſt, nutrio, albus, id eſt, color, alga, almus, alnus, altus, aluus, id eſt, venter, ilex. Ilerda, illico, ille, olor, id eſt, cygnus, oleum, vlcus, vlciſcor, vlmus, vlna. Notantur halo verbum, hilum, hilaris, holus. Nomina E ſequẽte L, plerumque grauiter efferuntur: vt, heluo, heluus, helucus, helops, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. Omnis vocalis M ſequente, leniter enuntiatur: vt, amor, amicus, amœnus, amans, amictus, amurca, emo, emax, imus, immo, omen, omaſum, omentum, vmor, vmerus, vmidus, notatis hamus, Hæmon, homo, humus, & quicquid ab his fit. Omnis vocalis N ſequente, leniter effertur: vt, annus, anulus, enſis, inanis, initium, inula, onus, onuſtus, vnus, vnicus, notatis honor, honeſtas, & Iohannes; vel peregrinis & Punicis vocibus, vt Hannibal, Hãno, Henna, & hinnulus, & quicquid ab his fit. A, vel V, vocales R ſequente, leniter enuntiantur. vt, area, aries aranea, arcus, arma, arduus, artus, aro, vrtica, vrna, notatis hara, harena, harundo. nam harmonia, Harpyiæ, Harpalice, Græca ſunt & ob hoc adſpirantur. E vocalis, R ſequente, leniter effertur: vt, erum, error, eruum, ergo, niſi poſt R ſequatur B, vel N, vel S, vel E longa: tunc enim grauiter enuntiatur: vt, herba, herbidus, herbilis, herboſus, proprium Herne: vnde eſt, Hernica ſaxa colunt. Herſilia, heres, heredium, Herẽnius proprium, & Hercules a Græco per ſyncopen factum; iure habet adſpirationem. Heri eſt aduerbium temporis, differentia

caussa,ne genitiuus putetur,ab eo quod est erus eri. I *vocalis ante* R *semper adspiratur:vt,hircus, hirquitallus, Hirpinus,hirsutus,hirtus,Hirtuleius, Hirrus propriū, nisi aut monosyllabum sit,vt ir:aut ex motu verbi,vt eo, is,irem,ires,ire, iris,id est,arcus:aut nisi* A *post* R *sequatur:tunc enim adspiratione caret:vt,ira,iratus,iracundus,irascor,& quicquid ab vnoquoq; eorum fit.* O *vocalis* R *sequēte,leniter effertur:vt,orbus,Orcus,ordior, orsus,orior,oriens,ortus,id est,natus: si vero alia* R *sequatur,aut* T*,hoc fit non ex declinatione verbi, nam tunc ei adspiratur:vt,horreo,horror,horreum, hortus olerum, Hortensius.notatur ordeum.* A *vel* E*,vel* V*,vocales,*S*, littera sequente,carent adspiratione:vt,as,assis,astutus.adscendo, adspicio, esca, est, essem, essemus, vsus, vsura. notantur hasta,hastile,hastinu,hesternus,est enim ab heri aduerbio,& Hesperia Græcum.* I *vero vel* V *sequente* S*,post quam erit* P *vel* T*,cum adspiratione proferuntur: vt,Hispania,hispo,hispidus,historia,histrio, Hister, seu proprium fluminis sit,seu gentis vocabulum,hospes, hospita,hospitium,Hostilius,hostia. notatur pronomen iste, & ab eo composita:os oris,ex quo ostendo,ostentum,leniter prolata,sicut alia,quæ post* S *carēt* O*,vel* T*,& iisdem: vt,oscitant.*

X.

EX ORTHOGRAPHO CÆSELLIO ista collecta sunt.

CON *præpositio, si ad verba a vocalibus incipientia accedat,*N *consonantem perdit:vt æquo coæquo , eo coeo, ortus coortus : sin autem ad verba accedat a digamma incipientia,id est , quæ* V *loco consonantis positam retinent,*

nent, non perdit N litteram: vt, voluo conuoluo, vinco conuinco. Contra euenit in Re præpositione. D enim litteram extrinsecus accipit, cum ad vocalem incipientem verbi alicuius accessit: quam D litteram non accipit, si ad digamma, id est V positam loco consonantis; accedat: vt, vlcero redulcero, ago redigo, eo redeo, voco reuoco, vinco reuinco. Qui si vna syllaba est, per Q litteram scribendum est: vt, qui homo: si duæ, per C: vt, cui homini. Aliquunde, per quun debet scribi diuisio enim illius est, aliquo, & vnde, hoc est, ex aliquo loco. sed certe N, non M erit: quia vnde per N scribitur, & aliquobi æque: ex aliquo enim & vbi est, hoc est, in aliquo loco. sed hæ syllabæ, quæ litteris Q, V, O, constant, non exaudiuntur, perscribi tamen debent. Re præpositio nonnumquam cum ad cōsonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est: vt, duco, redduco, cado reccido, tuli rettuli, pello reppello, do reddo, lego rellego: vnde relliquias, & relligionem scribunt. quod apud poetas, vt ita oportere scribi cōcesserim, tametsi apud oratores quoque antiquos est: nobis tamen decor & lenitas obtinenda est, quæ maximus fructus est Latini sermonis. Tamtus & quātus, in medio M habere debent, vt quam & tam: vnde quamtitas. quamtus, tamtus. nec quos moueat, si N sonat. ita enim supra docui N sonare debere, tametsi in sciptura M positum sit. Quæcumque verba primo loco ab S littera incipient, ea cum præpositione ex composita litteram eandem S habere debent: cetera minime onerari oportet: vt, salio exsilio, specto exspecto, æstimo existimo: si non habēt, sicut æquo exæquo, peto expeto, æque non habebunt: quo discrimine facile intelligitur, aliud esse pecto, aliud specto: & ideo ab eo verbo, quod pecto, id est, pectino, cum compositum fuerit, expecto, S litteram non habet: ab eo vero

quod est specto, id est, rei alicuius spectaculo vtor, cum compositum fuerit exspecto, s litteram, sicut supra diximus, necessario retinet. item exscreo cum s, a screare fit: si sine s, a creare. Exsilium quoque cum s scribi debet: ex solo enim ire est exsulare, quasi exsolium, quod Græci ἐξορισμὸν dicunt, & antiqui exsoles dicebant, quos nos exsules dicimus. Extorrem vero sine s: ex terra enim eiectum significat. Exsui, habet s: sui enim est, & insui, quasi alicui rei immitti: vnde exsui, quasi iam emitti, & nudari. inde exsuuiæ: vnde exsuti, id est, spoliati: Exire, sine s: ire enim simplex est, & quæcumque ex hoc formabuntur: vt, exitus, exitium, exitiale, exercere, non habent s in compositione: quia in simplici quoque s similiter non habẽt. etenim exercere est, ab ex & arcere, vt exercitus, qui sub disciplina certa arcetur. vnde exercitatio. Exscindo s habere debet: scindo enim est simplex. similiter exsculpo, & exsisto per s: quia ab ex & sculpere est: itẽ ab ex & sistere. sculpere enim & sistere simpliciter dicitur. Expurgo, eodemque modo excedo, s non desiderant. Eximo similiter. nam & in aliis præpositionibus sine hac littera est: vt, redimo, interimo, dirimo: itaque exemtus ita scribitur, vt eximius, quasi extra ceteros positus. Extremus quoq; sine s. ex enim est, vnde extra, & extremus: vnde extrinsecus, exter, extrarium, & si qua alia hinc trahi possunt. Exsequiæ vero habent s. sequi enim est in simplici: at exiguæ, non habent s, sicut indiguæ, quæ egeant. exiguitas similiter: vt & exoletus, quod ex alterius partis præpositione manifestum fit. adoleuit enim est. obsoleuit autem s quidem habet, sed non ipsius verbi, verum præpositionis quæ est obs, sicut a ab abs, quasi aboleuit, id est, inueterauit & absorduit diuturnitate. Hæc & quæ his similia sunt, hoc modo animaduertentur. Cetera quæ sim-

plicia

plicia sunt, & non componuntur, sine vlla dubitatione x tantum habebunt: vt vixi, dixi, vexaui, faxi, vxor, auxilium, examen, axis, & exemplum.

DE DIVISIONE
SYLLABARVM.

DVÆ sunt consonantes impares, quæ tamen hærere possunt, si hinc inde vocalem accipiant. Posteriorem syllabam sequuntur pares vel impares, singulæ scilicet & in priorem, & in posteriorem diuiduntur. Potestas nouissima syllaba stas erit, noster ster, capto pto: at vbi tres sunt, vt plostrum strum, lustrant strant, capistrum strum: æque claustrum, rastrum, campestre. Fere autem tres hæ consonantes tertio loco R habent, & aliæ L litteram: vt, assula, & in elisione ascla, pessulum: aliter nullo modo in tribus consonantibus vnitas syllabæ datur. Cum pares sunt, singulæ ad singulas syllabas ibunt. duæ enim pares litteræ, seu vocales sint, seu consonantes, non coeunt: similiterque syllabam non faciunt, si vocalem accipiant, tametsi impares sunt: vt, carpo, deorsum, Portius. Vna consonans inter duas vocales posita, posteriorem sequitur: vt, Paris, lapis, turris: at si inter duas vocales consonans fuerit, vt digāma, posterius vocali digamma adhærebit. iā enim dixi, excepta Q littera & G, nullam aliam consonantem cū eiusmodi syllabis consistere: vt, soluo, voluo, larua, puluis: itaque tenuis, si trisyllabon erit, consonans ad V accedit: si disyllabō adæque, bellua, malua. Dispicio, verbum compositum, quæritur vtrum per duo SS, an per vnum scribi debeat: & vtrum ita diuidi, dis & spicio. & diuisionis quidem eius facilis ratio est, quoniam omnes præpositiones intergræ separandæ sunt: vt est, abstulit abs.

& tulit,tranſtulit trans & tulit,abſcondit abs & cõdit, & cetera his ſimilia. per duo autem ss *ſcribendum eſt, non per vnúm: quoniam ex præpoſitione & verbo conſtat eſſe compoſitum:quemadmodũ eſt compoſitio,aſpicio, deſpicio: ac per hoc per duo* ss,*diſpicio ſcribi debet, & ita diuidi, dis & ſpicio. nõnulli vero diſpicio per vnũ* s *ſcribendum putant, quod præpoſitio dis interdum litteram perdit:vt eſt,diduco,diuido, diiudico: ſed melius eſt per duo* ss *ſcribi diſpicio. Obliuiſcor non ſimplex, ſed compoſitum eſt,compoſiti ſcilicet huius ſimplex latet in antiquis nominibus & monumentis,liuiſci enim obliuiſci eſt. liuitus,quod nos hodie per eliſionem oblitus. quod cum manifeſtum fuerit, pleniſſime quiuis intelleget in ſcriptura verbi huius diuiſionẽ, & liuiſcor. Pompeiius, Tarpeiius,eiius per duo* ii *ſcribẽda ſunt, & propter ſonũ,plenius enim ſonant, & propter metra. numquam enim longa fiet ſyllaba, , niſi per* i *geminum ſcribatur. hanc ſcripturam ita diuidimus,vt prædixi. Nunc illud genitiui eorum,& nominatiui plurales & datiui, quemadmodum ſcribantur,videamus.quidam huius Pompei,Tarpei,hi Pompei,Tarpei,his Pompeis, his Tarpeis , per vnum* i *ſcribunt: nonnulli puſillo diligentiores,alterum* i *his addunt. ego quoque tertiam addendam præcipio.ſi enim,vt docui,nominatiuus duo* ii *habet pro duabus conſonantibus,hæ perire nulla declinatione poſſunt , quæ tamen omnimodis modernus vſus excludit.*

XI.

EX LVCIO CÆCILIO VINDICE ista collecta sunt.

M litteram, ad vocales primo loco in verbis positas si accesserit, non enuntiabimus. cum autem ad consonantes, aut digammon Æolicum, pro quo nos V *loco consonantis posita vtimur, tunc pro* M *littera* N *litteræ sonum decentius efferimus. Lucij, magnij, magij, cum in genitiuis singularibus dicimus, interest quos nominatiuos habeant. proinde enim intererit, vtrum per duo* I *an per vnum debeant scribi. Si Lucus, magnus, magus sunt nominatiui eorum: vnum* I *in genitiuo habebunt, plurali quoque nominatiuo & vocatiuo, sed & datiuo & ablatiuo similiter scribentur: si autem Lucius, magnius, magius, proferantur, duo* II *in genitiuo habebunt: vt, Lucij, magnij, magij. quod ipsum Lucilius annotauit, cum a numero Numerius discerneret. Cum præpositio per* C *scribenda est. Cum aduerbium temporis, quod significat quando, per* Q *scribendum est, distinctionis caussa: vt apud Ennium,* Cum legionibu' quum proficiscitur induperator. *Cuiusque per* Q *non per* C *scribitur: sed per* C *sensũ aliũ habet. nã huiusce hominis, huius hominis est: at cuiusque hominis, quoiusque ordinis, vniuscuiusque hominis & vniuscuiusque ordinis, significat. Accedo per duo* CC, *attuli per duo* TT, *assiduus per duo* SS, *appareo per duo* PP, *annuo per duo* NN, *alligo per duo* LL. *in his non solum propter soni lenitatem consonantes mutantur, sed etiam quod nullo modo in eis sonare* D *littera potest. sonat autem* D *littera & adscribitur, cum* F *consonanti adiuncta est: vt, adfluo, adfari, adfuturum, adfatus, adfero contra* B *non sonat. vt, offui, offero, offendo.*

XII.

EX PRISCIANO GRAMMATICO, QVI nostro tempore Constantinopoli Romæ doctor fuit, de libro ipsius ista collecta sunt.

NOTANDVM *igitur quod hamus qui a Græcis ἄγκιστρον appellatur, cũ adspiratione debet scribi. Sciendum & hoc pro φ Græco, a Latinis* P *&* H *in scribẽdo poni debere, in Græcis duntaxat nominibus : ut Orpheus, Phaethon: in ceteris autem Latinis nominibus* F *ponendum: ut fama, filius, facies. Phœbus, quo nomine Apollo significatur, ita scribendum est, ut post,* P, H *ponatur. Similiter & Erichthonius, bubulcus, per adspirationẽ debẽt scribi.* B *enim consonans ante se adspirationem non recipit, nisi tantum vocalis. Cælebs, ante terminalem litteram per* B *scribi debet, & non per* V*: quoniam* V *vocalis cum in consonantis transierit potestatem, potest aliam præcedere consonantẽ. adspiratio ante omnes vocales poni potest: post consonantes autem quattuor tantummodo ponitur,* C, T, P, R *: ut habeo, Herennius, heros, hians, homo, humus, Chremes, Thraso, Philippus, Rhodus. Ideo autem vocalibus extrinsecus adscribitur, ut minus sonet: consonantibus autem intrinsecus ut plurimum sonẽ. Gnatus per* G *&* N *scribendum est: sicut gnauus, quia in compositione ipsa retinent* G*, ut agnatus, & ignauus. Ecquid per* C *scribendum in prima syllaba, quoniam enquid significat,* N *littera consonante in* C *conuersa. Sanguis in prima syllaba per* M *scribendum in nominatiuo casu. in ceteris autem casibus per* N*: quoniam* M *littera in* N *conuertitur.* B S *Latinæ litteræ pro* ψ *Græca littera non aliter poni debent in vna eademque syllaba coniunctæ: nisi in fine nominatiui, cuius genitiuus in bis desinit:*

ut

ut, urbs urbis, cælebs cælibis, Arabs Arabis. Sciendum autem surripio per R *geminam, non per* B & R *scribendum: similiter & corripio, arripio, quoniam* B *in* R *quoque commutatur. Suspicor & suspicio, verba composita ab aduerbiis sursum vel susum, in prima syllaba per unũ* s, *non per duo, scribenda sunt: quoniam duplicari consonans subsequente alia consonante non potest, sicut nec antecedente, nisi fuerit muta ante liquidam : ut supplex, suffragor, sufflo, effluo, effringo. Quicquam in prima syllaba per* C *scribendũ, quod* D *littera in* C *litteram commutatur. Aggero per* G *scribendum, & aggregatus, non per* D. *Harpyia, quod Græcum nomen est, per y Græcum, sequente* I *Latino scribendum est: quoniam apud eos* Y I *diphthongus est. Ara cum altare significat, sine adspiratione; cum vero cubile porcorum, cum adspiratione scribendnm.*

CONCLVSIO.

CONGREGATIS *igitur, quæ apud supradictos orthographos necessario comperi fuisse conscripta, nunc finem libro, Domino iuuante, faciamus. datur enim intelligi rem nimis utilem fuisse, quæ tot ac tantis auctoribus cognoscitur esse tractata: quoniam si quid a prioribus prætermissum est, a sequentibus constat impletũ. Meminisse autẽ debemus frequenter artigraphos de Orthographia tractasse, & iterũ orthographos de partiũ declinatione disseruisse, cum tamen res sibi repugnare videãtur. ars enim tractat de nominum declinatione : Orthographia vero, quemadmodũ scribi debeat. designat, quæ in partiũ declinatione decora reperit. Hoc si in auctoribus semper intenderis, ut pro locis suis posita diligenter acce-*

pias, nullo errore fatigaberis. Nunc animos legentes erigite, & gaudete tantos ad vos priscos peruenisse auctores, vt eis credere indubitata mente debeatis. Possem equidem Aquilam & Quinctilianum, sed & Auitum, quos non nulli in Orthographiæ peritia laudandos esse putauerunt, quos tamen venturos in Christi nomine celerrime sustinemus, superioribus auctoribus addere: Sed necessarium non est multiplici numero dare licentiam, cum non sint omnimodis definiti, quot de eadem re scribere maluerunt. nam si duodecim horarum spatia diem protinus complere noscuntur, si duodecim quoque menses annum volubili varietate cõficiunt, si duodecim signa cælestia totius nobis circuli campos solida rotunditate cõcludunt:, debet nobis omnino sufficere, quod duodecim orthographorum libris rectitudinem scripturæ docentium defloratas regulas posteris legendas exhibui.

Valete fratres, atque in orationibus vestris mei memores esse dignemini, quos inter cetera & de Orthographiæ virtute, & de distinctione ponenda, quæ nimis pretiosa cognoscitur, sub breuitate commonui, & quemadmodum scripturæ diuinæ intelligi debeãt, copiosissime legenda præparaui: quatinus sicut ego vos ab imperitorum numero sequestratos esse volui, ita nos virtus diuina non patiatur cum nequissimis pœnali societate coniungi.

Explicit Cassiodori Senatoris de Orthographia liber, ex duodecim auctorum opusculis defloratus.

EX A. GELLII NOCTIVM ATTIC.

LIB. II. CAP III.

Qua ratione verbis quibusdam, vocabulisque veteres immiſerunt H litteræ ſpiritum.

H Littera, ſiue illam ſpiritum magis, quam litteram dici oportet, inſerebant eam veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmandis roborandiſque, vt ſonus earum eſſet viridior, vegetiorque. Atque id videntur feciſſe ſtudio, & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum eſt Atticos ἰχθῦν ἱερὸν, (.i. piſcem ſacrum) multa itidem alia, citra morem gentium Græciæ cæterarum inſpirãtis primæ litteræ dixiſſe. Sic lachrymas, ſic ſepulchrũ, ſic ahenũ, ſic vehemẽs, ſic inchoare, ſic helluari, ſic hallucinari, ſic honera, ſic honuſtũ dixerũt. In his enim verbis omnibus litteræ, ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas, & vigor vocis, quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur. Sed quoniam aheni quoq; exemplo vſi ſumus, venit nobis in memoriam, fidum, optatumque multi nominis Romæ grammaticũ oſtendiſſe mihi librum Æneidos ſecundum, mirandæ vetuſtatis, emptum in Sigillariis, xx. aureis, quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat. in quo duo iſti verſus cum ita ſcripti forent:

Veſtibulũ ante ipsũ, primoq, in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruſcus aena.

Additam ſupra vidimus. h. litteram, & ahena factum. Sic in illo quoque Virgilii verſu in opti-

mis libris ſcriptum inuenimus,
Aut foliis vndam tepidi deſpumat aheni.

P. NIGIDII FRAGMENTVM EX Commentariis eius Grammaticis.

Exſtat apud Gellium lib.xx.cap.xiv.

A & o, ſemper principes ſunt: I & V, ſemper ſubditæ. E, & ſubit, & præit. In Euripo præit, ſubit in Æmilio. Siquis putat præire V, in his verbis Valerius, Vennonius, Voluſius: aut, I, in his, iampridem, iecur, iocum, iucundum: errabit, quod hæ litteræ, cum præeunt, ne vocales quidem ſunt. *Item ex eo libro verba hæc ſunt.* Inter litteram N, & G, & C, eſt alia vis, vt in nomine anguis, & angaria, & anchora, & increpat, & ingenuus. in omnibus enim his non verum N, ſed adulterinum ponitur. Nam N, non eſſe, lingua indicio eſt. Nam ſi ea litterâ eſſet, lingua palatum tangeret. *Alio deinde in loco eſt ſcriptum.* Græcos non tantæ inſcitiæ arceſſo qui *ου* ex *ο*, & *υ*, ſcripſerunt, quantæ qui ei ex e, & i, illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re ſubacti.

FINIS.

AD VELII LONGI DE ORTHOGRAPHIA LIBELLVM CASTIGATIONES.

Pag.78.v.6. are.] hoc modo legendum censet D.Iunius. --*ar*

Non multum abest hoc cacosyntheton atque canina,
Si lingua dico &c.& infra,*dicimu'.*

13 vocis] nempe *st.*

28 A E I O V]scribo,*α ε ι ο υ*,& sequēti versu,*α ι υ.* de Græcis enim agit.

79. 15 vtrum sa] forte *vtrum la*

80. 4 **quæ*]lego *que, manifesta* vel, *vt in eo quod est quis & que manifesta* &c.

12 Moenecus] *Menoecus*,Creontis filius.

30 sonus] *soni* legendum. Vide Ciceronem de orat.3.

81. 15 quod apud Græcos est Y] quum hic de duplicibus agatur pro Y omnino reponendū Ψ.de his prolixe Victorinus Afer,quem vna cum Terentiano Mauro edidimus.

23 altera à d] male correctum in calce Romani exemplaris *a* D, quum prius *a* P, legeretur.Hoc dicit,Ξ à c, Ψ à p incipere.Obiter hic corrigendus locus in Verrianis Fragmentis ab Antonio Augustino ex hoc nostro auctore sumptus, vbi ait,X & Z *Verrio Flacco placet*,lego, Ξ & Ψ. & ita nō est quod post *altera a P** asteriscus ponatur.paulo post,*ex* c & D * Σ & Δ intellige.Græci nim veteres Σ vt c latinum pingebant. Leuia

ſunt hæc, fateor:ita tamen, vt & viros doctos morentur.

31 *Dores enim dicere* &c.] Exempla mutationum ex dialectis afferũtur a ſimili: mutatur φ, inquit, in mediã, κεφαλὴ, κεβαλὴ & κεβλὴ Cilicibus. μ ſimiliter in π, vt ὄμματα ὄππατα Aeolibus. σ deniq; in τ, vt θάλαττα θάλασσα Atticis. Atq; hæ mutationes Syris quoq; & Chaldæis ex Hebræo ſunt frequentiſſimæ. Hæc Iun.

82.10 *non erit* &c.] Idem Iun. ſequentia hoc modo legit: *non erit* ἄζηχας *quomodo* ἄσεχας *ſed geminata eadem* ἀζζηχὴς, *quomodo* ἀσηχής. Nam τὸ δ putat factum ex antiquo ſigma ς, per errorem.

14 *φ aut ξ*] lege, ψ aut ξ,

23 *δέκα & c.*) δ, δέκα. π, πεντήκοντα. ε, ἑκατ. Iun.

83.3 ὡς εἰπὼν, τόξον μὲν ἀπὸ ἕο θῆκε χαμᾶζε. Ομηρ. Οδυσσ. φ.

23 *habeantur*] *habeatur*. & mox pro *Kato, Kaſo* legit Iun.

29 *& qua.* ɔ.] lego, *& quam.* ɔ.

84.13. *ſpecies oſtendit*] *ſpectes, oſtendit* c &c.

15 *quis, & qua, & quid*] ita repoſuimus quum in Romano legeretur, *quis, & quæret, & quid*

85.15 *Troiam*] *Troiiam* hoc loco ſcribi debebat.

17 *ſcribi coniicit*] hic locus me plurimum torſit: quem ita reſtituit Iun. *vt prima ſyllaba ſit con, vnius ſequentis duo, iÿicit: nam ſi eſt aliud*, [puta, tertium] &c. vide pag. 96. v. 5. & p. 101. v. 26.

86. 7 In hoc verſu, qui eſt apud Homerum Iliad. ω, legitur pro δῆριν ἔθεντο, δῆριν ἔχουσι.

30. Quum

30 Quum in his Lucilij versibus, operæ contra sententiam meam verbum vnum præpostere posuerint, alterũ prorsus omiserint, huc reuocare visum est ipsissima editionis Romanæ verba: *Iam puerei venere e postremum facito, atque i vt plures faciant: i, si facis solum pupilli pueri hoc vnius fiet. Item hoc illi factum est, vni tenue hoc facies. i. Hæc illi fecere, adde, e, vt pinguius faciat.* Hoc modo legit Iun.

*Iam puer*EI *venere,* E *postremum facito atque* I,
Vt plures fiant. I, *si facis solum, pupilli,*
Hoc pueri vnius fiet. Item,
Hoc illi factum'st vni, tenue hoc facies I,
*Hæc ill*EI fecere, adde E *vt pinguius fiat.*

Horum versuum mentionem facit Qintil. Insti. orat. lib. 1. *Diutius durauit, vt* EI *iungendis, eadem ratione qua Græci et vterentur. ea casibus numerisque discreta est, vt Lucilius præcipit,*

Iam pueri venere, E *postremum facito atque* I,
Vt [puerei] plures fiant- *ac deinceps idem,*
Mendaci, furique addes E, *cum dare furei*
iusseris- vbi [*pueri*] vncis inclusum, glossema est apud Quintilianum.

87. 9 vt dessedes.] sententia postulat vt legatur, *ædes, sedes, nubes,* &c.

88.30 lege, *primitiuus, & adoptiuus ista* &c.

89. 14 vocali s *positam*] forte, *vocali ante* s *positam.*

29 nouissima vocalis declinatiõis differentiã legit Iun.

90. 6 vrgentur] minime oportune in Romano, *vrguẽtur*, quum vitiosam litteræ v insertionẽ damnet auctor. post *vrguere*, τὸ *vngere* addit Iun.

11 *voluo volui*] male in Romano, *volo volui*. vide Adamant. pag. 130. 9. mox pro *& vngo*, lego *At vngo*

18 Distinguendum ac legendum, *hircos litteram u non interponamus in enuntiatione, tamen videmus* &c.

In antico] *in antiquo*

91.16 *Absque vero*] legendum, *Abs vero*

21 Ita hunc locum legit Iun. *Quoniam & accondit* [pro abcondit] *habet, & ascondit durius sonabat* [ſ apud veteres epentheto] *interuenit* P *littera* &c. & paulo post: *Quoniam ea quæ apud nos* ψ *litteram sonant, putant plerique per p & ſ scribenda. quoniam & Græci pronunciauerunt p & ψ litteram* &c. vide pa. 103.10. & 123.12.

92.9 D *ne an* T] lege, D *ne an* C paulo post *vt* C *potius quam* D

28 *alligere*] *allegere* Iun.

30 *& alibi*] scribe *adlabi*

93.1 Et hoc loco reponenda sunt Romanæ editionis verba, eo quo paulo ante modo, operarum nempe vitio, immutata. ea autem sic habent:

Abbire non multum est. d. si & an. b. habet. legit Iun.

Abbire ne multum est? D *si ne an* B *habet.*

10 *expecto*] *pecto* simplex reponendum.

23 *omminauit*] *ommentauit*, Iun.

94.27 *dididit*] Rom. editio *dedidit*

95.3. *compelabor* &c.] hæc deprauata, ac male quædam vario characterum genere distincta, quum verba Lucilij non sint. sic itaque cum Iun. legendū:

apud Lucilium legitur in præpositione PER: L *liciendo* (quod est inducendo) *congeminat* L. pellicere malunt &c.

7 *pelacis*) *pellacis*

18 *renouare*]nihil ad rem. lege, *redonare*
30 legit Iun. *Si orthoepia quæritur: etiam si h.*
96.3 adde punctum post χαριέϛατον.
13 *scribitur nominatiuus, genit.*]ita reposuimus, quũ vitiose in Romano, *nens, gens* &c. v. 17 pro *nominatiuus* iterum illud *nens*, scriptum erat.
97.22 *arcíu essent*]*artus essent*,
98.3 *Et de* H *litt.*]Rom. *dictum & de hac littera*
5 *elegantiores & vehementer*] interpũge & repone, *cum & elegantiores & vecmenter dicant & repreendit*; *secundum primam positionẽ*; vel potius *vemẽter, & reprendit:* vide Cassiod. pag. 120.10 & 148.14
8 *at præposuit*]*aut præposuit*. Iun.
9 *& aliculam*]hoc loco cũ aspiratione scribendũ.
18 *harenam cum aspiratione, siue quoniam hæreat*] hic certe hærere nõ immerito quis possit prima in harena breuis est. eodem tamen prorsus modo Philargyrius pag. 4. v. 15. *adera ab arendo arboribus, & sine aspiratione dici debet.* hisce iudicium suum interponat Grammaticus.
100.15. *nullam pinguitud.*]Iun. *& illam ping.* vide pag. 129. 29. & deinde pro, *cui res*, *cuire*, vel *quire*
101. 6 *arcesso & accerso*] contra sentit Papirianus pag. 129. 30.
12 *in k*] typographicum erratum, pro *in R*
26 *& coicit*]*coiicit* leg Iun. vide p. 85.17.
102. 31 *aruuga*]*ariga*. vt quæ ad aram ageretur: sed & alii scripserunt *arugam*. Iun.
104.13 *in vehemente*]vide pag. 98.5. *vemente, reprenso.*
20 ὡς φρήτρη φρήτρηφιν] Hom. ἰλιάδ. β.
21 *aspergo verbum, & aspargo nomen*] hanc differentiam non abs re obseruat Virgilius Palatinus.

25 *triſyllabum*] lege *diſyllabum*, aut hoc modo *oſten dimus: at triſyllabum per c, verbum*

28 *vt aucupare, &*] *At aucupare & aucupium mihi rurſus* &c. Iun.

105.22 lego, *benificus & malificus.*

27 *Item antiquos*] malim: *Item antiquei*, & mox pro *antiquei, antiquos.*

106. 10 *nimium*] *nimium* hoc loco nihil eſt. lego *mium* & ita legendum eſſe ex ſequentibus liquet.

11 *commircιũ* & *Mircurius* (pro eo quod in Romano eſt *commercium* & *Mercirius*) repoſuit D. Iun. cuius ſententiam Velius ipſe (vt antiquas inſcriptiones omittam) ſatis confirmat.

23 *ſcriptionem*] Caſſiodorus Velii abbreuiator, legit, *dictionem.*

25 *in abſtinẽte*) lege, *in abſtinens s arc.* niſi forte mauis *in abſtinente arceſſitũ eſt s, vt* &c. vel, *arceſſitũ s, vt*

30 *litteram perire*) lege cum Iunio, *litteram non perire.*

107. 4 *ambiguum: verum*) legendum, *ambiguum vtrũ ab*

9 *vel* R, *his*) repono, *vel ex his* & ſequenti verſu, *pingor.*

16 *tum*) lego, *cum dico etiam nunc*, vel, *etiamnum*, & mox, pro *poſſint, poſſim*

22 *posmeridianas*) vulgata tamen Ciceronis exemplaria, *pomeridianas.* extant hæc in Oratore.

108. 8 *Per quo , quotidie &c.*) ſecus alij orthographi fere omnes.

13 *comeſa & eſueſa*) vix dubitarim horum loco reponere, *comeſe & ſueſe*

109. *multum eſt*) ſic ſcribe, *-ade' in teneris aſſueſcere multum'ſt.*

110.17 al. *mentiamur qui seq.*
113.18 al. *Arma enim Æneia*
114.17 editio Venet. *vehis.*
115.28 *Agnaei Cornuti)* Annæi Cornuti Grammatici mentionem facit Charisius lib.1.Instit.gram.
116.11 *ex gamma)* al. *& gamma litteram*
117.15 *accussare)* sic in Virgilio Palatino MISSERE, pro *misère*, scriptum reperio. & *caussam* Ciceroni semper scribi Quintilianus auctor est.
16 *causasse)* al. *causisse*
28 LL. *velle)* scribe, *magis velle*, vt pag. *125.4*
118.15 *Vineas* &c.) hanc ipsam distinctionem reprehendit Velius.
120.10 *Vehemens &c.)* Vide Velium p. *98.5*
121.1 *Sed viderint)* eadem repetuntur. p.124.v.4.
124.20 *Papiriano)* citatur hic Grammat. a Prisciano.
28 *reliquus & mortuus)* malim legere, *relicuus & nocuus, sic relicui & nocui,* quamuis *mortuus* & *mortui* ferri possit.
125.17 *totidem)* recte. posset tamen & sic legi, *tot itidem* vel *item.*
19 *vt ex) & ex*
129.29 *pinguedinem)* Velius p.100.15 *pinguitudinem*
31 *arcesso* &c.) contra Velius p. *101.7.*
130.9 *Voluo)* vide Velium p.90. *11.*
134.22 *Excipitur nomen)* propter etymon, a Varro.
27 *berna)* vide Pithœum lib. aduers. *1.* c. *6*
137.18 distingue, *caussa vus syll.* de qua p. *142.*
138.4 *plura syllaba)* id est polysyllaba.

146.1 probo) imo eodem iure posteritatis (vt hic loquitur) a probus. Iun.

148.14 nihil nil) Velius pag. 98.5.

150.12 notatur ordeum) at Velio olim dicebatur fordeum.

22 s carent) al. R *earent* P *vel* T, *& idem conscitans.* locus corruptus in omnibus lib. inquit Car.

154.14 Pompeiius &c.) negat Velius.

159.7 H *littera)* H *litteram,*

HABES, humanissime Lector, quæ in Velio Longo & Cassiodoro notanda iudicaui. Egebat simili fere opera Philargyrius: verum aliis occupatus, ne illa quidem quæ ad Virgilianam Continentiam parata habebam, hoc tempore communicare potui: id alias, si deus vitam concesserit, facturus. Vale.

FINIS.

W

CORRIGE pag. 86. v. 5. vt vnam 90. 20. tractum 108. 1. apud 121. 9. At te 131. 31. præposita syll. 144. 30. abeo, id est, 158. 16. exhibui. Memini & alibi *ballistam* scriptum, pro *balistram.* quę dictio in Glossariis reperitur.